

*Magdalena du Saldorf*

x *Pr.*

29/1

Zu der  
**öffentlichen Prüfung der Schüler**

des

**Gymnasiums zu St. Maria Magdalena,**

welche

**am 1. und 2. April**

im grossen Hörsale veranstaltet werden soll,

so wie

**zu der Redeübung am 3. April**

ladet ehrerbietigst ein

**Dr. Carl Schönborn,**

Director, Rector und Professor.

- I. Dr. Lillie: de hominum vita et moribus quales sint apud Homerum.  
II. Schulnachrichten; verfasst vom Rector.

---

**Breslau, 1841.**

Gedruckt bei Grass, Barth und Comp.

96r  
27 (1841)



*M.*

189

*Handwritten text at the top of the page, possibly a title or author's name.*

Öffentliche Prüfung der Techniker

Technische Hochschule zu Aachen



1. der Bezeichnung

Dr. Carl Schenker

Düsseldorf, 1891

## DE HOMINUM VITA ET MORIBUS QUALES SINT APUD HOMERUM.

### C. I.

**D**e Homeri ethica satis multi scripserunt. Ac plures quidem aliud agendó, suis sibi libris pauciores. Quos hoc loco nominare, supervacaneum esse puto, quia omnibus fere noti sunt, non item quaerere, an non sit perdita opera ejus, qui post illos rem retractare conetur, praesertim, quum nonnulli bene disseuerint. Sed primum aliquamdiu in manibus fuerat hic libellus, antequam suum Helbigius edebat (*die sittlichen Zustände des griechischen Heldenalters. Leipzig 1839*) — opus autem semel inceptum non facile deseritur — deinde, quod majus est, de re ab aliis tractata suam qualemcunque sententiam dicere inceptum esse non arbitrantur. Etsi enim novum proferri non poterit, tamen rem notam ab alia parte adspicere ejusque novo ordine disponere partes nonnunquam utile est.

Quodsi autem de ethica Homeri aut simili argumento et dictum et scriptum saepe est, esse quiddam in ejus carminibus censeas, quod recte ita nominetur. Quare de isto nomine, ne falso interpreteris, aliquid dicendum esse videtur. Ethicam enim habent moralem philosophiae partem, in qua, ut proprium est philosophiae disciplinis, ita disposita atque ordinata omnia sunt, ut uno praecepto aliquo, quod summum dicitur, circum scripta contineantur. Sine certa igitur lege ad moderandos mores proposita cogitari illa non potest. Talem autem legem in Homeri carminibus non reperiri, omnibus facile probatur. Namque tum demum hominum vita et mores ad artem legemque rediguntur, quum a rebus, quae sub sensus cadunt, revocati, ad id cogitando adscenderunt, quod illarum fundamentum est, atque quum non modo rerum externarum spectatores sunt, sed suorum etiam animorum ingeniorumque speculatores atque judices, ita, ut ipsi sibi contemplantibus quasi res quaedam externae objiciantur. Tale quid autem ab hominibus Homericis prorsus alienum est. Itaque quum de Homeri ethica sermo erit, rationem accurate fundatam aut perpetuis instructam praeceptis, non interpretabimur, sed longe aliud, quod, quale sit, mox intelligetur.



## C. II.

Sunt autem fere unici fontes, e quibus, quod volumus, hauriamus, carmina Homerica. Quae enim legas alibi ad rem nostram pertinentia, aut illuc remanant, aut scriptis post illam aetatem editis tradita, ab Homeri indole plus minusve, ut opinor, declinant. Nam ut omnia animantia, tum corporea, tum quae carent corpore, in suo quodque genere augentur, aut ad majorem perfectionem gradum faciunt, sic in religione ac pietate Deus noluit genus humanum eundem semper locum tenere, sed suam quamque aetatem habere voluit puriorem et sanctiorem, quam, quae ante fuerit. Unde posterius, si qui de eorum, qui tempore antecedunt, superstitione memoriae prodiderunt, haud raro de suo aliquid admiscuerunt, praesertim, quum plerisque temporibus veteres illi nihil potius haberent, quam ut suas res vetustatis auctoritate sancirent. Quam ob rem iis, qui post aetatem Homericam de re nostra aliquid scripserunt, sive paulo post eam vixerunt, sive multo, sive nostris diebus vivunt, aures non erunt claudendae, quod multa in hoc genere egregie docuerunt, sed maximam omnium auctoritatem Homerus ipse habebit.

## C. III.

Poëtica igitur scripta sunt, unde est nobis hauriendum. Hinc et difficultates quaedam et praesidia nostro consilio oriuntur, quae utraque aperire placet. Ad difficultates primum quod attinet, boni poëtae non tam meris verbis sententiisve, quam per homines, quos fingunt, ipsos tecte et oblique plerumque de moribus praecipiant, ut non nisi animi subtilitate et sagacitate verum cognoscatur. Deinde siquidem hominum certa aetate viventium mores ita solum clari fiunt, ut intimos cogitandi agendique quasi recessus inspicias, ut ne minimum quidem, quo eorum animi mentesque impelli soleant, neglectum relinquant, ut quam plurimas, quibus utantur vitae conditionibus, observatas habeas, Homeri ethicam, si vis explicare, in ejus carminibus multa desiderabis, quae impediunt, quominus illa sit solida et omnino absoluta. Iliadis enim libri, quamquam praeter bellicas res, Odysseae praeter itinera atque errores multa continent, quae consilio nostro usui sunt, utrumque tamen carmen suas partes habet, non facile derelinquendas. Quare ne dicam desideratum iri omnia, quae mente a sensibus sevocata esse non possint, certe de puerorum educatione, de matrimoniis, de jure exercendo, de aliis rebus multis, quarum cognitio ab accurata vitae domesticae cognitione sejungi nequit, aut nihil, aut parum accipies, quia ejusmodi res fusius exponendi occasio poëtae non est oblata. Hi scilicet satis habebunt, qui ex quavis sentiuntia, quae in carminibus Homericis legatur, e quavis vocula, quae audiatur, legem moralem fieri cupiant. Denique consentaneum est, Homerum suos homines ita facere loquentes et agentes, ut aptum est ad eam conditionem, fortunam, animi affectionem, qua sunt ipso eo tempore, quo agunt aut loquuntur. Hinc intelligitur, non oportere vel hominum nimio animi affectu excitatorum verba ita accipere atque interpretari — cf. Il. II. 112, Od. XII. 164 — quasi contineant sententiam omni aetati Homericae communem. An eo, quod nunc etiam homines dolore et ira excitatos objurgare providentiam divinam vides, christianos omnes esse Dei objurgatores colligas? Sed non id modo cavendum est, ne



hominum Homericorum, quomodo animi certo tempore sint affecti, rationem non habentes, ea morum praecepta faciamus, quae re vera non sunt, sed multo magis etiam, ne falso ducamur studio hoc, ut ubique certum praeceptorum ordinem certamque et nulla re interruptam sententiarum ethicarum seriem efficiamus. Namque falso hoc studio quodam fieri solet, ut eos locos, qui pro nobis faciunt, sectemur, omittamus contra repugnantes. Atque hae difficultates sunt, quae oriuntur iis, qui unicis Homeri carminibus tanquam praesidiis usi declarare volunt, quae vita quique mores aetate HomERICA fuerint.

#### C. IV.

Sequuntur jam istius rei quaedam utilitates. Ac primum quidem, quo minus consilio et industria morum praecepta feruntur, eo magis credere licebit, ea, quae ferantur, ex intimo animo poëtae profluere. Deinde verum, quidem est, ex verbis et sententiis hominum mores cognosci facilius, non item certius: certissima morum indicia ipsae sunt actiones. In verbis enim, quae sententiarum sunt notae et significationes, simulari potest aut dissimulari, non item in actionibus, quae nullius significationis indigent, quum ipsae per se loquantur. Credimus equidem philosophorum libros largiores ethicae fontes esse, quam poëtarum carmina, sed illi suae disciplinae suisque opinionibus nimium tribuunt multumque habent, quod rerum consequentium gratia fictum, certe, ut omnia bene cohaereant, clam invecum, nunquam totius gentis commune fuit. Porro quod difficultatem obtulit Homeri ethicam scripturo, quod ejus carmina non omnes vitae humanae partes complectuntur, idem efficit, ut ipsae eae, quarum mentio fit, eo accuratius exponi possint. Certe rerum multitudo intelligentiam non impedit. Denique, ut aliud quid jam nunc dicatur, pristini temporis mores animo repetitos hominibus suis affinxisse istius quidem aetatis poëtam, vix opinemur. Quod enim facile negotium est iis, qui longo usu subtilius cogitare et ratiocinari didicerunt, ut tota mente et cogitatione tempora praeterita repetentes vel iis poëtarum operibus delectentur, quibus alieni mores describuntur, id aetati Homericæ vix contigisse arbitror. Quare quanquam Homerus aliquo tempore post bellum Trojanum et Ulixis in patriam reditum carmina cecinit, et quanquam hoc temporis intervallo mores pristinos non prorsus immutatos mansisse vero simile est, non tantam tamen fuisse mutationem censemus, ut descriptionis veritas tollatur. Sed, ut tollatur, ii certe describi mores poterunt, quos suis, ut ita dicam, hominibus Homerus tribuit. Hos autem describere hoc libello consilium est. At poëtarum est, ita enim facile quispiam dicat, in omnibus rebus ut summum quiddam sequantur eoque, quod perfecta omnia absolutaque esse cupiunt, veritatem excedant. Qui igitur ex poëtae carminibus hominum vitam et mores descripserit, non admodum esse ei fides habenda videatur. Multa videlicet Homerus supra verum exornavit, sed ita, ut neminem facile ornamentis suis in errorem abducat. Quae enim hujus generis habentur, omnia sunt immensa, inaudita, incredibilia, ita repugnantia iis, quae plerisque locis dicuntur, ut nihil sit facilius, quam istis ornamentis detrahere tantum, quanto verum restituatur. Ut quum Telemachus promissam spem quandam a nemine, ne divino quidem numine, expleri posse opinatur Od. III. 226, id, quod versu 228 a Minerva vituperatur, (cf. Od. IV. 104. XII. 86. 107. II. XIII. 55) vel quum ab Agamemnone ira incenso inique Calchas accusatur, quod nihil

unquam laeti ipsi sit vaticinatus Il. I. 106, vel Neptunus, quum eundem, quem decem millia virorum, clamorem sustulit Il. XIV. 148, vel quum ideo nobili genere natum esse Telemachum Menelaus opinatur, quod oblatum equorum donum accipere noluit; Ithacam enim ad rem equariam non esse aptam Od. IV. 611. Ejusdem fere generis sunt Il. I. 113. 225. 231. XVII. 142. XIX. 323. Cf. Il. XX. 336. XXIV. 455. 777. 770. Od. XIV. 82.

### C. V.

Sed ad aliam rem transeamus. Notum est, viros doctos complures demonstrare conatos esse, Odysseam aliquo tempore post Iliadem esse compositam. Quae etsi magna est quaestio multisque de causis gravissima, tamen in nostram rem non maxime influere videtur. Namque quum in plurimis, quae ad hominum vitam et mores pertinent, Odyssea cum Iliade mirum in modum consentiat, non multum valet discrepantia eorum, quae illi viri ad confirmandam sententiam suam attulerunt, praesertim, si meminimus, ipso argumento Odysseam ab Iliade adeo differre, ut multae discrepantiae natura inde consequantur. Aliud sane bellis, aliud vitae per pacem actae vicissitudinibus convenit, aliud proeliis, aliud Ulixis erroribus. Verum de istis discrepantiis iis pugnandum erit, qui aliquo in genere his tanquam praesidiis utuntur. Ceteris pacem agitare licebit.

### C. VI.

Quaeritur de via ac ratione, qua rem nostram optime tractemus. Qui adhuc, quod equidem sciam, simile scripserunt, diligenter collectis ex Homeri carminibus varii argumenti locis quandam sententiarum seriem fecerunt, quae quidem sententiae illis locis possent illustrari, qui ad Homeri ethicam aliqua ratione pertinerent. Inde certus capitum numerus exoriebatur, quorum tituli, etsi non prorsus sine ordine facti erant, ita quidem, ut res minores quae videbantur, post majores essent, aut anteponerentur eae, quae plurimis Homeri locis dicerentur, omnino tamen parum inter se cohaerebant. Namque re ita disposita desiderabatur, ut ita dicam, aliquod corporis caput, aut vinculum quoddam, quo singulae partes inter se jungerentur conjunctaeque continerentur. Praeter hos alii minores causae nostrae partes tractandas sibi sumserunt, ita, ut de singulis diis aut hominibus, aut de fati natura, aut de aliis quaestionibus, exponerent. Qui omnes ad Homeri ethicam explicandam plurimum contulerunt, tanta vero diligentia locos collegerunt, ut ab hac parte nemo facile post illos laudem sibi parare possit. Inter ceteros, qui de tota Homeri ethica peculiare libros ediderunt, Helbigius Dresdensis hanc laudem sibi meruit, quem tamen in ceteris minus bene egisse, a quodam censore nuper judicatum est.

Sed supra jam memoratum est, in Homeri carminibus nusquam reperiri summam legem eam, quam homines conscia mente in agendo sequantur, ex quaque singula morum praecepta repeti possint. Verum aliud est ab hominibus Homericis postulare, quod nunquam postulandum erit, ut secundum rationem praemeditatam agant, aliud postulare ab eo, qui de moribus hominum Homericorum scribere suscepit, ut omnem rem suam ita collocet atque disponat,

ut, cujus interest talia scire, facile reperiat locum, unde ejus, si non totam speciem, principes tamen partes conspicerere commode possit. Hoc modo enim, quod detrahitur amplitudini, perspicuitati et amoenitati et fere utilitati additur. Ac mihi quidem hominum vitam et mores, quales sint apud Homerum, ita explicare placuit, ut et illud assequamur, et, si fieri possit, intelligatur, quomodo acciderit, ut vel illius aetatis homines suam felicitatem nanciscerentur, quamvis maximam partem aliis atque christiani rebus dediti essent, et, quod hac in re profecto maximum est, quamvis diis crederent, qui christianorum judicio nequaquam digni sunt, quibus credatur. Quam ob rem quoniam christiani sumus, qui rem propositam quaerere incepimus, nec mirum videbitur, neque inutile, si opportunitate oblata hominum priscorum res et cogitationes cum nostris contulerimus, atque id eo minus, quum de scriptore agatur, quo in excolenda juventute diligenter utimur, atque ex cujus lectione pueros et juvenes sinceræ pietatis detrimentum capere posse nonnulli dixerunt. Verum ut hi, qui tam inique de poëta praestantissimo judicant, multorum animos offenderunt, et nunc etiam offendunt, sic nescio an illi displiceant, qui plurimis locis non dubitant periculum facere declarandi, Homeri praecepta a Jesu Christi praeceptis non admodum distare.

### C. VII.

Primum igitur in deorum cultu esse censent, ut homines, externis quae sunt in mundo rebus, moniti, impulsique atque victi quodammodo, majorem aliquam sua ipsius vim et potentiam cognoscant. Hae autem res naturales, quae sunt externae, ita hominem circumdant atque amplectuntur, tanta impellunt necessitate atque permovent, primum ut tempus non detur quaerendi, unde haec tanta vis et potentia ingruat, deinde, ut nemo sine ulla exceptione his se possit subducere. Eandem fere vim *Aïsa* Homeri in hominum vitam exercet, quam nec quaerit quisquam, unde sit, nec evitare conatur, nec, si conetur, evitare possit. *Aïsa* igitur primum numen est. Hoc autem origine sua et tota natura adeo obscurum est, ut tanquam certa persona apud Homerum vix accipiatur, certe figura et specie tam incerta, potius nulla, ut vel hac re prodatur, homines magis metuere eam, vereri, pati, quam diligere, colere, sectari. In ceteris enim deorum numinibus de certa figura, de facie vultuque sermo est, ita, ut ad speciem humanam nihil desideretur. Quod in *Aesa* non accidit. Hujus quoniam ita fuere decreta, ut nulla unquam ratione, ne deorum quidem potentia, possint infringi, quoniam sic omnis humanitatis modum ipsa excessit, ut naturae vires et ipsae omnem hominum agrestium captum superant, in maximaque rerum varietate eadem semper manent irrevocabiles, propterea humanam illi formam tribuere non ausi esse videntur. In ceteris deorum numinibus de precibus, de grati animi sensibus, de sacrificiis, ut breviter dicam, de certo cultu sermo est, quo a mortalibus adeantur. Simile quid in *Aesa* non accidit. Nam nec pestiferae nec salubres naturae vires ullis precibus exorari aut averti possunt, sed inevitabili necessitate in omnia influunt. Ceteri dii secundum consuetudinem humanam communi societatis vinculo inter se conjuncti sunt; *Aïsa* cum nemine commercium habet. Magna autem *Aïσης* similitudo *Μοίρα* est. Ut enim naturae, quamquidem supra descripsimus, homines subjecti sunt cuncti, sic altera singulis potentia non minus inevitabilis, quam prior, imminet, quae est singularum sortium



humanarum. Nam et *Μοῖρα* tanta necessitate vim suam in totam hominum vitam exercet, ut vel maximis ejus laboribus non possit evitari. Od. XXIV. 28. Il. VI. 488: *μοῖραν δ' οὐτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν, οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπεὶ τὰ πρῶτα γένηται*. Itaque si quis loco nobiliore natus omnibus ad bene vivendum agendumque praesidiis utitur, ut vires suas intenderit, ut recte agat honestamque famam sibi comparet, nunquam tamen gloriari poterit, solum plane per se quidquam esse assecutum. Contra qui statim ab origine humilitati, egestati, aerumnis deditus fuerit, is nec, quum erit humi depressus, aliqua carebit excusatione, nec, quum strenue elaboraverit, tristiore illa animi conscientia, se majus fortasse consequi potuisse, si a bonis initiis proficisci contigisset. Quare, ut *Αἴσα* in cunctos homines dominatur, sic in singulos *Μοῖρα*, ejusdem fere rei significatio. *Αἴσα* unica est, *Μοῖρα* plures. *Μοῖρα* praeest quodam modo initiis hominum et cursibus, *Κῆρ* exitibus: non ita tamen, ut nunquam *θανάτου μοῖρα* aliqua dicatur aut alius rei, quum mors ipsa inter sortes humanas numeretur. Sed neque *Κῆρ* i. e. mortis per vim factae potentia averti potest, atque ut *Μοῖρα* singulorum hominum est, sic singulorum est *Κῆρ*, indeque, ut plures *Μοῖραι*, sic *Κῆρες* numero plures. Ceterum quod de Aesae natura supra memoratum est, speciem humanam, quam reliqui dii habeant, non habere ipsam, idem in *Μοῖραν* et *Κῆρα* valet. Hinc etiam factum est, ut tria haec propria numinum divinatorum nomina saepissime pro appellativis sumerentur. Verum etiam appellativa suam vim et significationem, quam supra descripsimus, retinent. Ita ab his numinibus, nomine et numero tribus, vi et significatione et origine unis, et tota vita humana et singulorum hominum initia, cursus, exitus certis finibus apud Homerum circumscribuntur. Hos nomini licet egredi. Quod enim Il. XVI. 780 legitur: *ὑπὲρ αἴσαν Ἀχαιοὶ φέροντες ἦσαν*, et Il. XX. 30. Jovem timuisse, ne *ὑπέρορον* Achilles *τείχος* perderet, et quod Il. XX. 336 a Neptuno dictum est Aeneae: cede Achilli, ne *ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι*, id c. IV. explicuisse mihi videor. Praeterea recte monitum est, in altero enunciationum hypotheticarum membro nonnunquam istos fines egrediendi spem ostendi, quarum quidem altero significetur, eam conditionem, qua non expleta res aliqua futura fuisset, re vera esse expletam. Cf. Il. XVII. 321. 327.

Prius igitur timuerunt homines, quam coluerunt, ut hoc quoque loco scitum illud valeat, timorem esse sapientiae principium. Prius unam divinitatem, quam plures cognoverunt; atque unam hanc divinitatem obscuram, terribilem, remotissimam a rebus humanis, nec non omnium earum participem, Fatum esse arbitror, quod per totam Graecorum pariter atque Romanorum antiquitatem, etsi vario modo acceptum atque interpretatum est, eximiam suam vim et potentiam prodidit. Mihi quidem enim eorum sententia probanda esse videtur, qui tres superstitionis humanae quasi gradus fieri censent. Unum, quum homines rudes et inculti, naturae viribus territi et quasi obstupesci, nullam de divinitate notionem capere aliam potuerint ac severitatis, circumscriptionis, necessitatis, atque eam quidem unam. Alterum, quum ingenii viribus exercitatione paululum corroboratis in tanta rerum naturalium varietate atque diversitate numinum etiam varietatem constituere coeperint, eorum quandam notionem mente sibi informaverint informatamque sua ratione quasi compleverint, ita, ut suum singulis numinibus munus tribuerent. Tertium denique, quum post longum perpetuae exercitationis tempus, post diuturnam divinarum et humanarum rerum considerationem, item diuturnam mundi contempla-

tionem intellexerint, tantam rerum varietatem atque diversitatem ex uno deo pendere, qui pro summa sua in omnibus rebus perfectione regere eam solus possit. (Cf. E. R. Lange, *Einleitung in das Studium der griechischen Mythologie*. Berlin 1825. pag. 31 sqq.) Atqui aetate Homerica ne secundum quidem gradum perfecerant, quamquam facere inceperant. Etsi enim suum cuique munus numini assignari coeptum est, tamen post illam demum aetatem arte quadam et stabili ratione id factum.

### C. VIII.

Fatum autem si qui homines coluerint, ad mores suos formandos nullum percipient fructum praeter caecam animi obedientiam, quae tum demum utilis erit, quum ex veri intelligentia et exercitatione profecta fuerit. Neque id in homines Homericos aliter vim suam exercuisse videmus, qui, quoties fati arbitrium sentire sibi videntur, ad istam obedientiam quasi refugiunt. Sed iidem suos sibi jam effinxerant deos, non admodum artificiosos. Non semper enim natura severum suum vultum quasi hominibus praebet. Non terrentur ea solum, sed alliciuntur, non impediuntur, sed adjuvantur, non circumscribuntur solum, sed multifariam nanciscuntur licentiam. Itaque incognitam potentiam illam, cui plane subjectos se esse senserunt, quum in propinquo magis habere vellent, tanquam hominis formam animi quasi oculis objecerunt, quod suarum regionum amoenitate ad subtilem pulchri sensum paulatim erecti atque instituti, nihil usquam figura humana pulchrius viderunt. Fatum a natura habet austeritatem, severitatem, rigorem, ab humanitate nihil. Dii a natura laetitiam, comitatem, agilitatem plerique, ab hominibus quandam vitiositatem. Fato extremi, ut ita dicam, omnis humanitatis fines constituuntur: ut hi immutati maneant, cetera non admodum curantur; fatum non virtutem postulat, sed obsequium, caecam obedientiam. Dii intra fines a fato constitutos imperium habent, iidem *ἑμίστας* proposuerunt Il. IX. 98 virtutemque primi postulaverunt, ut non mirum videatur, quod divinitus hominum et imminui virtutem et augeri ad arbitrium posse Il. XX. 242 sententia est. Fatum aeternum est, dii sunt immortales; nam hi suam quisque originem habent Il. XIV. 204. VIII. 479. Quod autem multi sunt dii, id esse non ita factum videtur, ut singulae naturae vires humana specie quasi induerentur. Quamvis enim divinitatem, ex ipsius naturae contemplatione maxime petitam, humana quam alia specie induere mallent, non tamen singulas naturae vires ut singulos deos coluerunt. Sine omni dubio ab humanitate plus habent dii Homerici, quam a natura, quamquam cum hac aperta quaedam est communitas. Nonnulli quidem istiusmodi quid in Homeri carminibus sibi reperire visi sunt, sed parum recte, ut opinor. Jupiter videlicet, Neptunus, Vulcanus, Mars, Apollo, Mercurius, Minerva, Venus, reliqui, suam quisque provinciam habent sortiti, nec eae provinciae aliqua parte naturae confines non sunt. Ut omni coelo ejusque vicissitudinibus Jupiter praeest, Neptunus mari, inferis Pluto, Aeolus ventis. Cf. Lange l. l. pag. 107. Verum ceteroquin hi dii cum reliquis secundum hominis imaginem atque exemplum efficti sunt, ejus qualicumque mente atque ingenio procreati, instructi voluntatibus, cupiditatibus, propriis moribus. Sed quod multi sunt dii, ejus rei causa in eo quaeratur, quod omnes omnium temporum homines id, quod ratione sua alicunde conceperunt, mentis opera ita ad se trahere suumque facere cupiunt, ut ex rebus

usitatissimis sibi que notissimis petant, quo illud formetur, instituat, nominetur. Veluti christiani non esse infra se censent, ad Deum transferre, quod hominum proprium est, ita, ut et nomina et virtutes et animi affectus ei tribuant — quamquam plerique recte sentiunt, haec talia non convenire nisi hominum imbecillitati, inopiae, angustiis — sic homines Homerici a suis rebus exemplum sumentes, totam divinitatem ita inter mortales dividerunt, ut vel civitas quaedam deorum vel familia existeret, qualis fere apud ipsos reperta est. Sed non ita divinitatem dividerunt, ut ipsa imminueretur aut extenuaretur, potius ut in singulos effusa deos plena ab omnibus haberetur.

### C. IX.

Quoad igitur morales, ut ita dicam, dii Homerici sunt, inter se pares habentur. Quod primum ex II. XVI. 446 intelligitur. Nam a Junone, ne Sarpedonem morti eripiat, Jovi dissuadente, et alia et haec in primis obijciuntur: fore, ut reliqui dii postea eandem sibi licentiam fieri cupiant. Deinde Od. XVI. 402 Amphinomus non esse Telemachum statim necandum censet: *ἀλλὰ πρῶτα θεῶν εἰρώμεθα βουλὰς, εἰ μὲν κ' αἰθήσωσι Λιδὸς μεγάλου θέμιστες, ἀνιός τ' — εἰ δέ κ' ἀποτροπώσῃ θεοὶ, πάσασθαι ἄνογα.* Cf. Od. VIII. 410 cum 465. Od. XIV. 53. XVIII. 19 cum Od. VI. 188. Od. XIV. 53 cum II. III. 298 et VI. 259. II. XVIII. 115. Tum cuncti immortales dii sunt, *ἀθάνατοι, ἀειγενέται, αἰὲν ἔόντες*, ut nunquam sine moderatoribus mundus futurus sit, cunctorum voluntas in bonum propensa. Od. VIII. 329. XXIII. 60. IX. 479. XIV. 82. XVII. 483. XXIV. 351. Cuncti etiam possunt, quod volunt; possunt autem omnia Od. X. 306. XIV. 53. VIII. 410. II. XXIII. 546. Od. III. 12. I. 222. VII. 148. XIX. 591. VIII. 167. II. III. 65. 66. Od. XI. 139, quod ita non esset, nisi omnia scirent. Sciunt autem et omnia. Od. XX. 76: *Ζεὺς εὖ οἶδεν ἅπαντα.* II. XVI. 515 de Apolline: *δύνασαι δὲ σὺ πάντοσ' ἀκούειν.* II. XXIV. 290. Od. IV. 468: *θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασιν.* Justi denique sunt in eo, quod nimium non patiuntur. Omnes secundam fortunam hominibus praebent Od. IV. 7. 480. 520. VI. 180. VIII. 410. XIV. 53. XVIII. 19, iidem adversam Od. VII. 217. 242. XXIII. 210. II. XI. 276. Od. I. 234. Haec igitur, quae ad ethicam requiruntur, dii Homerici habent. Desideratur certa lex, secundum quam ita iudicetur, ut nulla res praeter animum et consilium in hominum factis respiciatur. Hinc probabile fit, existere quandam aetatis Homericæ ethicam, non veram aut plenam, quae existere non potest, nisi animus a corpore omnino fuerit mente et cogitatione secretus. Ubi enim non secernitur, ibi morem habes consuetudinemque, non ethicam, quae dicitur. Sic omnes homines, qui in Homeri carminibus describuntur, caeco quidem feruntur impetu, ut illas deorum virtutes agnoscant, sed angustos hos praestantiae moralis fines ne perfectissimi quidem egressi sunt. Neque usquam altioris de moribus humanis sapientiae vestigia reperiuntur, nec interioris rerum divinarum scientiae. Ne sacerdotes quidem plus sciunt, quam ceteri. Sunt omnino, qui vaticinandi facultate emineant, sed haec in earum numero est, quas aliis hominibus alias dii pro arbitrio dispertiuntur, non ea, quae interiore divini numinis scientia comparetur. Quare quum haec ita sint, in illis virtutibus, quas supra memoravimus, tota deorum Homericorum, ut ita dicam, robur est atque praestantia. Has et homines sequuntur, has assequi poterunt.



## C. X.

Contra, quod corpus quoddam nacti naturae humanae partem dii ceperunt, inter se non pares sunt. Regis instar enim Jupiter prae ceteris eminent. Jovis autem regnum imperiumque prorsus talia sunt, qualia inter homines. Is igitur omnium potentissimus est II. III. 320: Ζεῦ πάτερ, Ἰδὲδεν μεδέων, κύνιστε, μέγιστε; 351: Ζεῦ ἄνα, Od. I. 81: Κρονίδης, ἕπατος κρειόντων, 387. 390. II. XIX. 273. II. XX. 242. II. XXII. 403. II. VIII. 17: εἰμὶ θεῶν κάρτιστος ἀπάντων. Εἰ δ' ἄγε, πειρήσασθε, θεοὶ, σειρήν χροσεῖην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες, πάντες δ' ἐξάτιεσθαι θεοὶ πᾶσαι τε θείναι· ἀλλ' οὐκ ἂν ἐρύσαιτ' ἐξ οὐρανόθεν πεδίοις Ζῆν', ἕπατον μῆστωρ', οὐδ' εἰ μάλα πολλὰ κέροιστε, idem sapientissimus, μητίετα, μῆστωρ ἀπάντων. Apud eundem dolia sunt duo. unde suas cuique commistas atris hilares dispertitur sortes II. XXIV. 527, et libra II. XXII. 209, qua omnia bene ponderantur. (De tota Jovis prae ceteris potentia cf. Malkowsky: de Jove, qualis sit apud Homerum. Deutsch-Crone 1838 et Lange l. I. pag. 100.) Idem tamen ceterorum consilio deorum multum tribuit. Ut II. XVI. 443 (cf. II. V. 715) quum esset periculum, ne Sarpedo filius a Patroclo caederetur, paulisper incertus erat, utrum eum servaret, nec ne, donec haec Juno: ἔρδ'! ἀτὰρ οὔτοι πάντες ἐπαινέομεν θεοὶ ἄλλοι. φράζεο, μήτις ἐπειτα θεῶν ἐθέλησι καὶ ἄλλος πέμπειν ὄν φίλον νίδν ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης. II. XVI. 402: πρῶτα θεῶν εἰρώμεθα βουλᾶς. Cf. Od. V. 30—42. II. XI. 276. Nulla virtutum illarum, quas omnium deorum esse supra diximus, Jovi deest, neque tamen superest, ita ut, si de moribus quaeritur, Jovis nullam esse prae ceteris praestantiam cap. IX. nostro jure dixisse nobis videamur. Quam ob rem in hoc libello saepius pro universis diis Jovis nomine uti licebit, quoniam circa mores causa versatur.

Jupiter igitur, deorum potentissimus, rebus omnibus divinis humanisque moderatur, et id quidem secundum certam legem, quae, etsi non vera, quam nos dicimus, ethica continetur, in mores tamen humanos magnam vim habet et auctoritatem. Haec autem lex aequitatis est, quam a Fato severo ad benignum Jovem cogitando homines transtulisse videntur. Sed ipsa hac aequitate non tam interna rerum humanarum conditio censetur, quam externa quaedam, qualem ex naturae contemplatione percipimus. In ipsa enim rerum natura ita collocata sunt omnia atque instituta, ut nihil altero collidatur, et ut post maximas rerum perturbationes, tempestates, turbines, qui nonnunquam accidunt, aequitas mox reparatur. Haec quaedam aequitas, ut ubique conservetur, maxima et ceterorum deorum et Jovis imprimis cura est. II. XIX. 593: ἐπὶ γὰρ τοι ἐκάστη μοῖραν ἔθηκεν ἀθάνατοι θνητοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄροισαν. Propterea II. XXIV. 527 δοιοὶ πῖθοι κατακίεταται ἐν Λιδὸς οὐδεὶ δόρων, οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δ' ἐάων, et Od. XV. 488: ἀλλ' ἦτοι σοὶ μὲν παρὰ καὶ κακῶ ἔσθλόν ἔθηκε Ζεὺς. Duo simul vel plura bona nemini contingunt II. IV. 320: ἀλλ' οὔτως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν. Alterum committitur, alterum recusatur. Ut Peleum II. XXIV. 527 dii omnibus dotibus ornaverant, sed unicum filium dederant. Od. VIII. 63 Demodoco Musa cum carminibus caecitatem dederat, Od. VIII. 167 Euryalus nobili figura excelluit, mente caruit. Ad eandem aequitatis legem Thetis ipsa provocat II. XVIII. 60, quum de caeso Patroclo valde quereretur Achilles, cum dolore loquens: „nec domum suam redibit filius meus, et, quoad solis lucem adspiciet, dolore afficietur,“ his verbis significans, sortem talem contra omnem

aequitatem esse. Cf. praeterea II. IX. 39. XVIII. 104. XIX. 219. VI. 349. I. 352. Haec autem aequitas tolleretur, si hominibus liceret eos egredi fines, quibus humana natura circumscripta est. Id primum accidit, ubi cum diis mortales aliqua in re certamen ineunt, quoniam his inferiores esse semper debent. II. VI. 130: οὐδὲ κρατερός Ανχόοργος δὴν ἦν, δὲ ῥα θεοῖσιν ἐπουρανίοισιν ἔριζεν. v. 141: οὐδ' ἂν μακάρεσσι θεοῖς ἐθέλομι μάχεσθαι. Cf. II. XXIV. 606. Od. V. 212. VIII. 325. IV. 78. Deinde, si qui deorum beneficio ornati laetitia exsultant; quasi vero nimis laeti suis meritis addant, quod deorum detrahant eoque humanam sortem superare conentur. Od. XXII. 411: ἐν θυμῷ, γρηῦ, χαῖρε καὶ ἴσχεο, μηδ' ὀλόλνξε· οὐχ ὀσίη, καμμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάσθαι. τοῖςδε δὲ μοῖρ' ἐδάμασσε θεῶν cet. et Od. XVIII. 142: ἀλλ' ὅγε σιγῇ δῶρα θεῶν ἔχοι, ὅτι διδοῖεν. Tum si qui suis viribus vel deorum auxilio freti ad peccata abripiuntur Od. XIV. 268. XVIII. 130. Quare si forte in eo sunt mortales, ut nimiam adipiscantur fortunam, dii cavent, ne id fiat Od. IV. 181. XXIII. 210. Idem denique peccant, qui in rebus agendis nullius hominis rationem habent. Nam et hi, sua sorte non contenti, justo majora affectare videntur. Od. XXIII. 65. XXII. 414: οὐτίνα γὰρ τίεσσον ἐπιθρονίων ἀνθρώπων, οὐ κακὸν οὐδὲ μὲν ἐσθλόν. In hac igitur aequitate imperfecta quaedam justitiae divinae notio latere videtur, qua, quum id tantum judicaretur, quod in rebus externum erat, prae ceteris prospectum est, ut quidvis ubique integro statu suo et conditione permaneret.

### C. XI.

Sed cum Jove non evanuit Fatum. Quamvis enim humanius Fato numen homines Homeric cognoscere didicissent, illius tamen potentia intacta permansit. Nimirum quod inter ipsos ac Fatum dii intererant, eo hujus auctoritate et timore non tam liberati, quam levati fuerunt. Atqui hoc ipsum inevitabili necessitate jus sibi vindicavit, quod diis laetioribus ultro ab hominibus quodammodo oblatum est. Quam ob rem duo simul numina regnum habent aliquod suum. Propius Jovis est cum ceteris diis; hi in mortalium ore feruntur, horum agilitate atque velocitate in rebus humanis peraguntur, quae Fati gravitati et tarditati molestiora esse videantur. Diis autem interque hos Jovi maxime, quum ultro quodammodo summam rerum tribuerint, Fati jugum imponi noluerunt: quare Fatum cum suis partibus vel Jovis esse dicitur Od. V. 115. IX. 52. II. XVII. 321, vel deorum omnino Od. XI. 292. III. 269. Dii etiam, quamquam cuique mortalium sua mortis hora destinata est, tempus, quo eveniat, ad arbitrium deligere possunt Od. IV. 753: Ἀθηναίη κέν μιν ἔπειτα καὶ ἐκ θανάτοιο σαώσει. II. IV. 11: Τῷ δ' αὐτὲ φιλομειδῆς Ἀφροδίτη αἰεὶ παρμέμβλωκε καὶ αὐτοῦ κῆρας ἀμύνει. Verum denique est, valde paucos reperiri locos, quibus ulla Fati auctoritas praevalcat, attamen regimen ejus totum penes Jovem esse, mihi quidem haudquaquam ita certum esse videtur. Nam nonnullorum locorum, quibus Fati potentia exprimitur, ea ratio est, ut incorrupte integreque judicantibus quendam ejus principatum significant. Od. III. 236: Ἀλλ' ἢ τοι θάνατον μὲν ὁμοῖον οὐδὲ θεοῖτερον καὶ φίλον ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλπέμεν, ὅπποτε κέν δὴ μοῖρ' ὄλοη κατέλῃσι κτηνηλέεος θανάτοιο. II. XV. 191: Ἀργαλέον, πάντων ἀνθρώπων ῥῆσθαι γενεήν τε τόζον τε, quibus locis Minerva ipsa loquens introducitur. Quin loci illi permulti, quibus Μοῖρα et Αἴσα pro appellativis

sumuntur (cf. Schmalfeld, Commentationis de Fato Homérico particula I. Eisleben 1836. pag. 4) hunc principatum videntur firmare, quia voces tam singularis significationis propriae in appellativas vix abeant, quin vim suam primariam et significationem retineant. Licet igitur, ut exemplum afferamus, Il. XVI. 708: *ὄν νύ τοι αἶσα σῶ ὑπὸ δουρὶ πόλιτι πέσθαι Τρώων* nihil aliud ac *μόρσιμόν ἐστι* significetur, tamen et haec subauditur significatio, ut istud nulli alii obnoxium potestati, inevitabili Fati necessitate sit constitutum. Nihilominus tamen addubitari non potest, quin cum ceteris diis Jupiter in suos, ut ita dicam, homines dominetur Od. VI. 188: *Ζεὺς αὐτὸς νέμει ὄλβον Ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν, ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλησιν ἐκάστω.* Il. X. 71: *ὠδὲ πον ἄμμι Ζεὺς ἐπὶ γεινομένοισιν ἔει κακότητα βαρβαίαν,* Od. XVI. 447: *θεόθεν δ' ὄν ἐστι ἀλέασθαι.* Cf. praeterea Il. VIII. 143. Od. III. 207. XX. 196. Il. XIV. 465. Sed ubi tandem terrarum mens humana unquam discernere recte planeque potuit, quid sortium humanarum justae divinitati, quid forti fortunae sit tribuendum! Certe ingrattissima quaeque gratissimaque, quae nec hominum meritis, nec justae deorum providentiae tribui potuerunt, ea omni fere tempore ex numinum divinatorum imperio exempta alteri nomini assignaverunt, non minus tecto atque obscuro, quam eae fuere cogitationes, quae de casuum istorum natura animo obortae sunt. Sic hominibus Homericis juxta Fati necessitatem et potentiam Jovis deorumque regnum quasi conditum est, non consciis sibi neque constantibus de utriusque natura aut finibus, qui posteris temporibus ita constituti sunt, ut penes illud summa rerum esset. Ita fieri poterat, ut eandem rem, prout erat hominum indoles, nunc Fato, nunc ceterae divinitati tribuerent, atque ut nobis, tranquilla mente utriusque naturam scrutantibus, repugnantia quaedam existeret, quam illa aetate nullam animadverterunt. Nos autem oportet id tectum relinquere, quod illis tectum fuit, nec opinari, homines, aliqua parte agrestes et incultos, mentis subtilitate agere in rebus, ad discernendum atque nominandum difficillimis. Quamquam id certum est, Fati numina a naturae partibus potissimum stare, deorum ab hominum moribus, illorum esse, quae tristia sint, horum, quae laeta, illorum, quae causis minus apertis proficiscantur, horum, quae apertis. Adeo vero a diis, ad mores quod attinet, ingratae res alienae sunt, quae quidem hominum meritis non debentur, ut *δαίμοσι* sua fieret provincia, talium rerum auctoribus, quum Fatum videretur remotius esse, quam quod et minutiores hominum casus animadverteret. Sic daemones proxime Fatum sunt, malas res maximam partem mortalibus imponentes easque potissimum, quae praeter meritum eorum expectationemque eveniunt. Quin etiam Od. V. 396 *δαίμων* et *θεοὶ* opponuntur sibi invicem: pater quidam enim morbo affectus jacet, *στυγερὸς δὲ οἱ ἔχραε δαίμων· ἀσπάσιον δ' ἔρα τόνγε θεοὶ κακότητος ἔλυσαν.* Od. XIV. 487 Eumaeo Ulixes de nocte quadam narrat, qua frigore ipse mortem paene occubuerit; v. 489: *παρὰ μὲ ἤπαρε δαίμων, οἰοχίτων ἔμμεναι:* aliter enim visum est fieri non potuisse, ut vir, ceteroquin providens, *χιτῶνος* oblivisceretur. Od. XIX. 10 bene quidem *δαίμων* τόδε μείζον Telemacho consuluit, quod auctor fuerat, ut arma removerentur, quae rite in virorum manibus erant, sed pessime prociis. Idem est Od. XIX. 138 de Penelope: *φᾶρος μὲν μοι πρῶτον ἐνέπνευσε φρεσὶ δαίμων,* quod *φᾶρος* Penelopae saluti, prociis perniciosi fuit. Simile quid Od. XVI. 370. Reliquis locis adversa fortuna aliqua a daemonibus immittitur: Od. VI. 172. X. 64. XI. 587. XIV. 242. 487. XII. 295. XVI. 64. XVIII. 37. 143. 256. XIX. 129. 201. 512. XX. 86. XXIV. 306.



XVI. 194. Videlicet ne in hac quidem re semper cogitando sibi constiterunt, quum Od. XIV. 386 Ulixem ad Eumaeum *δαίμων* feliciter ducat, et Il. I. 222 et III. 420 dii in universum *δαίμονες* appellentur. Quod non admiramur, quum, quae summa deorum potentia erat, in universum nullam rem non posse efficere cogitarentur, etsi qua ab alio numine plerumque efficeretur.

### C. XII.

Reliquum est, ut, quae intercesserit inter ipsos deos Homericos ratio, paucis explicetur. Ad hanc rationem quod attinet, c. X. initio significatum est, non pares inter se deos esse, quoad suum quisque corpus nacti, naturae humanae partem ceperint, pares c. IX. initio, quoad morales sint. Qualis autem civitas illa divina sit, id totum hoc loco repetere, ut a multis expositum, facile supersedemus, quum in describendis moribus quaestio nostra versetur. Fatum igitur nulla macula aspersum est, quia corpore caret, dii cum venustissimo corpore vitiositatem tulerunt. Quodsi verum est cujusvis aetatis homines, praeterquam quod divino quodam impetu ad deos colendos ferantur, multum etiam de sua humanitate ad eos ornandos ad suamque similitudinem effingendos facere, haud mirum videbitur, quod deorum quasi urbem et civitatem apud Homerum videmus, in qua, ut inter homines, sic omnia aguntur, hac re una excepta, quod supra verum decus divinitati suae addere conantur. Quod enim rectum, bonum, pulchrum suo genere excogitare potuerunt, id in diis ornandis accumulunt, et vicissim, quidquid rerum humanarum aliqua ratione eminent, id *ἱερὸν*, *δῖον*, *θεῖον*, *θεσπέσιον* vocant. Reges autem, qui proximi diis sunt, *διοτρεφεῖς* vel *διογενεῖς* nominantur. Sed illud, quia per totam, ut ita dicam, deorum materiem dispersum fuit, non animo solum divino contentum, satis tectum est atque obscuratum. Jam supra memoravimus, corpus homines Homericos ab animo haud segregare; neque tamen animum ab anima admodum segregabant, quae est fere inter utrumque illud media. Quare, ubicunque corpus est, esse non potest secundum illorum sententiam sine animi parte, et quidquid est, id animam habet. Ita prompti sunt, animantibus omnibus virtutes tribuere humanas, cogitationes, verba, facinora, alia Il. XXIII. 408. XIX. 410. 400. Od. XII. 395. Ita cum natura etiam, non solum secundum naturam illi vixerunt, quum non aliud cogitare potuisse videantur, quam res omnes, sub sensu cadentes, ipsorum esse similes. Ita denique corpus per se alicujus pretii est, si quidem aliquo modo ad humanitatem pertinet; animus autem a corporea secretionem nunquam segregatur: ut sensu amplissimo apud eos scitum illud valeat, paululum immutatum: corpora sumus, neque corporei quid a nobis alienum esse ducimus. Quanto majus corpus, tanto plus percipitur voluptatis, quanto corporis robur majus, tanto diuturnior voluptas, quanto plus voluptatis, tanto major *ἀρετὴ*, quanto denique major *ἀρετὴ*, tanto major fortuna. Infelix igitur *ἀρετὰς* non habet, i. e. malus est, ergo optimus quisque felicissimus. Scilicet haec placita non magis arte ulla excogitata istis hominibus fuere, aut mente sui sibi conscia in agendo observata, quam ista altioris sapientiae praecepta, quae cap. IX. attulimus, sed naturae vi quadam ducti sunt, ut utraque inter se commista sequerentur. Quodsi qui non cognoverint aut neglexerint, ii omnino iniqui rerum Homericarum iudicatores erunt, quod aut illis praestantioris naturae

vestigii ad informandum sibi omnium virtutum exemplar, aut his ad imminuendas veras virtutes abutentur: sin tenuerint, juxta satis egregia virtutis praecepta turpia, certe inhonesta legi, non admirabuntur. Sed ad deos revertimur. Quod enim diis supra verum decus addiderunt, virtutes non majores addere potuerunt, quam eas, quibus mortalium praestantissimi excelebant, praeter acriores sensus, quibus majorem rerum externarum copiam in se reciperent. Corpus autem prae primis, quum majus, pulchrius, longius durans acciperent, majorem etiam, nostro certo judicio, vitiositatem nacti sunt, quodque rectum, bonum, pulchrum in iis accumulatur, id magnam partem eximitur, quum humano more loquentes agentesve introducuntur, ita ut, quo quisque magis, ne Jove quidem excepto, rerum humanarum partem capit, eo magis ex illo perfectionis fastigio deprimatur. Adeo verum est, deos Homericos non praestare hominibus virtute, vitiositate mirum in modum, si nostra in moribus judicandis lege utamur.

### C. XIII.

Sic omnia posse dii dicuntur, prae ceteris Jupiter: iidem tamen nonnunquam finibus quibusdam potentiam suam circumscribi sentiunt. Nam ipse Jupiter Il. XVI. 433, quum esset periculum, ne Sarpedo filius a Patroclo caederetur, paulisper incertus erat, utrum eum servaret, an desereret, donec a Junone permotus est, ut fato concederet. Hoc modo autem significatur, aut subjeci Fati potentiae Jovem, quod alias cum eo stare sententia est, aut a factionum metu pendere impediri, quominus exsequatur, quod cupiat. Ceteri vero dii saepius cognoscunt, non omnia posse se, quod velint, non solum cum Jove, sed cum hominibus etiam ubi res est. Il. XV. 117. V. 334. 859. Od. IV. 455. Sic deinde omnium rerum scientia et Jovi et reliquis diis tribuitur (cf. cap. IX.) iidem tamen haud raro decipiuntur, ubi non potuissent decipi, si aliquid scivissent. Od. IV. 453 cf. cum v. 461. Il. XIV. 160. XIX. 95: καί ποτε Ζῆν' ἄσαιο (ἄκη) Agamemno dicit, τόν περ ἄριστον ἀνδρῶν φασ' ἔμμεναι; cf. Il. XVIII. 166. XIII. 1. XIV. 155. 250. XVIII. 240. Od. XII. 290. Tum Jovis ceterorumque deorum voluntas in bonum rectumque propensa est: amici sunt virtuti ejusque amantibus, infesti vitii omnibus atque mendaciis, cf. cap. X., praeterea Il. IV. 235. VII. 402. XIX. 264. Quoniam post mortem nec gaudio aut luctui, nec praemiis aut poenae locus est, in hac vita jam poena ut afficiuntur male facta, sic praemiis recte facta, ita tamen, ut praeter aequitatis, quam supra memoravimus, nulla in hujusmodi rebus lex observetur, et ut omnia Jovis potestati tribuantur Od. VI. 188. Videlicet Jovis justitia non alia est atque aequitas illa, quam quidem in natura homines imperitiores conspiciere sibi videntur, ubi omnia, quae in sua conditione permanent, laeta sunt — tristia, quae casu aliquo eam deseruerunt; desiderabis eam, qua vel minutissima ponderantur, vel minima momentum faciunt, qua nulla res casu accidere videtur, qua unicum hominis factum in totam vitam influit eamque moderatur, qua id, quod natura sequitur ex male factis, nullis vitae posterae laboribus potest averti, qua denique, id, quod maximum in hac re est, internae animi humani conditionis ratio habetur. Homero enim beatus hominis animus stare cum adversa fortuna, cum secunda non beatus posset, si Jupiter, justissimus ac sapientissimus omnium rerum judex, hanc judicandi legem

sibi proponeret, nil esse pro recte factis praemium, nisi boni conscientiam, vel, quod propius ad veritatem accedit, si adeo profecissent illa aetate homines, ut naturam humanam cognitam haberent. Sed dii omnes Homerici unumquodque facinus humanum et per se interpretantur, a praeteritis futurisque rebus sejunctum, nec voluntatem, quae facinoribus subsit, admodum in iudicium vocant, sed externam eorum speciem. Quae quum ita sint, mirari non possumus, in tota justitia divina contraria multa, diversa, dissona reperiri; ubicunque rationes et causae in iudicandis facinoribus non sint in promptu, potentiam in ejus locum succedere, beneficentiam vero haud raro arbitrariam esse. Dii enim, quamquam favent virtuti, tamen et malorum facinorum auctores dicuntur, eorum vero poenas expetere, quorum fuere auctores vel adjuutores Od. III. 266. XIV. 86. II. III. 164. 165, fidem datam non servare Od. XII. 164. Asius iratus: *Ζεῦ πάτερ, ἢ ῥά νη καὶ σὺ φιλομειδῆς ἐτέτυξο πάγχυ μάλαι*, II. II. 112. IX. 22. XXII. 14, consilia sua pro arbitrio cum maxima hominum calamitate immutare II. X. 45. XVII. 546. Od. I. 234 cf. cum II. XXII. 302. Eidem nonnunquam ita homines adjuvant in rebus agendis, ut nulla virtutis propriae laus relinqui videatur II. IX. 460. VIII. 311. XXI. 600. XXII. 240. XXI. 363. Quibus aliqua cum iis necessitudo, iis major licentia conceditur II. XVIII. 362. Od. XI. 273. II. IX. 497: *σθεσπινοὶ θεοὶ ἀντοὶ, κῶνπερ καὶ μείζον ἀρετῆ κμήτε βίητε*, major post mortem ipsam fortuna Od. IV. 561. XI. 602. II. XX. 232; contra ea cf. Od. XI. 576. Pessimo sane matrimonio cum Junone Jupiter junctus est, si Ulixis vel Hectoris comparabimus, vel ea, quae egregie de matrimonio hic illic praecipuntur (cf. cap. XX.) Discordia, jurgia, rixae, ab hominibus II. IX. 63 vituperata, inter deos ipsos quasi florent II. XXIII. 492. XXI. 439. XVIII. 107. Homines pudicitiam sanctam habent, violant dii II. XIV. 296. Et matrimonii sanctitatem laudibus efferunt homines, dii contemnunt. Sed longum est, hujuscemodi omnia enumerare: ubicunque legeris, errores, vitia reperies II. X. 460. Od. XIII. 359. II. XXI. 239. Od. V. 179. VIII. 351. II. III. 400. IV. 7. 51. VII. 53. VIII. 429. 497. II. XIII. 631. XIV. 116. 312. XXI. 298. V. 31. XV. 128.

#### C. XIV.

Jam quum deorum naturam, qualis sit, universe descripsimus, quaeritur, qui fieri potuerit, ut istorum fiduciam tenerent, virtutemque, quae esse sine ea nulla potest, aliquam colerent cultamque sectarentur. Ad hanc autem quaestionem respondebimus haec. Ac primum quidem istam discrepantiam tantam homines illa aetate non ita animadverterunt, ut nos, qui et jam dudum aliam normam nacti sumus, qua in moribus iudicandis utimur et acri cogitationi subjicere omnia consuevimus: atque id eo minus, quum deorum religionem non ipsi sibi totam fecissent, sed a patribus accepissent, ita cum suis moribus, institutis, toto animi cultu atque cupiditatibus conglutinatum, ut altera natura esset. Quodsi omnino homines illi, ad corporis naturam omnia referentes, meram ad cogitationem tardiores fuere, nisi ea forte sensuum impulsu excitabatur, de religione sua, quippe in qua majores acquievisset, multum eos cogitasse vix credamus. At vita ipsa, quae similis omnino nostrae adversas res inter et secundas fluctuavit, moneri poterant, ut accuratius de deorum natura quaerent. Sed homines, qui sola fere naturae institutione et doctrina utuntur, ii adversa secundaque fere tolerant, ac si



quae in rerum natura fiant, nihil sciscitantes, unde venerint, certe non ratiocinantes, diversae res e diversis causis profiscantur, esse necesse, aut quidquid aliud tale subtilius possit excogitari. Sed laetantur secundis, adversis dolent, de nulla re alia cogitantes, nisi de ea, quae nunc maxime in manibus est. Idem satis habent nonnullas novisse formulas, quibus in rebus divinis utantur. Hae utique tam amplae erant, ut variis maxime, quin diversissimis animi vitaeque conditionibus responderent, atque ipsae quasi pro cogitationibus essent. An nostris diebus desunt, qui hac re illorum simillimi sint? nec ii semper male pii, sed cogitandi dicendique imperitiores. Eas autem plurimas in Homeri carminibus reperire formulas, non difficile erit. Attamen, quamvis haec ita sint, quam multis locis deorum fiduciam professi sunt! Hanc omni cogitationi, disputationi, dubitationi exemptam intimo animo foverunt. Hanc et ipsam nescimus quo pacto a majoribus quasi hereditate acceperunt, hanc non meram habuerunt formulam, sed tota vita comprobata. Ac profecto sedem si quaerimus, quae sit Dei fiducia ipsorum nostrae, non aliam habebimus, atque intimos animi recessus, siquidem eam dicimus fiduciam, quae est supra mentem omnem omnemque cogitationem. Mentem enim saepius censent errare, quam animum, perverso cultu non vitiatum. Quotquot igitur paululum contortas deorum formas homines Homericæ sibi informaverunt, fido tamen animo eorum fiduciam a majoribus acceptam retinuerunt, atque, si recte dicuntur pii, qui totos se esse numinis altioris potestati, auxilio, benignitati obnoxios, omni tempore sentiunt, aetas Homericæ omnium maxime pia fuit. Od. II. 372 Telemachus Euryclyae: *θάρασει, μᾶτ' ἐπεὶ οὐτοὶ ἄνευ θεοῦ ἦδε γε βουλή.* Od. III. 47: *πάντες δὲ θεῶν χαιτέουσ' ἄνθρωποι, v. 27.: οὐ γὰρ οἶω, οὐ σὲ θεῶν ἀέκητι γενέσθαι τε τραφέμεντε.* Haec Minerva Telemacho. Il. autem VII. 101 Menelaus, quamvis viribus Hectori inferior, certamen initurus est: *ἀντὶς ἔπερθεν νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν.* Idem fere Il. XX. 434 Hector Achilli: *οἶδα, ὅτι σὸ μὲν ἐσθλός, ἐγὼ δὲ σέθεν πολὺ χείρων. ἀλλ' ἦτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, αἱ δὲ σὲ χειρότερός περ ἐὼν ἀπὸ θυμὸν ἔλωμαι.* Maxima etiam pietate deos verentur. Od. XIV. 402 per ironiam Eumaeus Ulixi: *ξείν', οὐτῶ γὰρ κέν μοι εὐκλείη εἴη ἐπ' ἀνθρώπους, ἕμα εἴ ἀντίκα καὶ μετέπειτα, ὅς σ' ἐπεὶ ἐς κλισίην ἄγαγον, καὶ ξείνια δῶκα, ἀντὶς δὲ κτείναιμι, φίλον εἴ ἀπὸ θυμὸν ἐλοίμην· πρόφρων κεν δὴ ἔπειτα Δία Κρονίωνα λιόιμην.* Od. XVIII. 19: *ὄλβον δὲ θεοὶ μέλλουσιν ἐπάξειν.* Od. IV. 7: *τοῖσιν δὲ θεοὶ γάμον ἔξετέλειον.* Cf. Od. XV. 26. VI. 180. Od. I. 378 Telemachus: *ἐγὼ δὲ θεοῖς ἐπιβόσσομαι αἰὲν ἔόντας αἱ δὲ ποθὶ Ζεὸς δῶσι παλίντινα ἔργα γενέσθαι* cf. cum Od. II. 143. Od. II. 66: *θεῶν ὑποδείσατε μῆριν, μήτι μεταστρέψουσιν, ἀγασσάμενοι κακὰ ἔργα.* Cf. II. IV. 268. 407. Il. I. 218 Achilles Minervae: *ὅς κε θεοῖς ἐπιπέθῃται, μᾶλα εἴ ἐλθὼν ἀντοῦ.* Quamvis itaque inhonesta dii Homericæ nonnunquam agant, quoad corpore humano induti rerum humanarum partem capiunt, solis tamen sibi turpes inhonestique optimo jure dici poterunt, quum eorum exemplum in hominum mores non influere videatur. Potius quae turpia sive sunt, sive ita esse videntur, in diis etiam acerbissime ab hominibus vituperantur, prorsus quasi sui similes sint, adeo, ut nos quidem non raro ejusmodi dieteriis admodum offendamur, quum tamen, quae perfecta sunt in diis omni parte absoluta, et ipsi plurimi faciant maximisque laudibus persequantur. Od. XX. 201: *Ζεῦ πάντεσ, οὐτὶς σεῖο θεῶν ὀλοότερος ἄλλος! οὐκ ἐλαίρεις ἄνδρας, ἐπὶν δὴ γέινται ἀντὶς, μισγόμεναι κακότητι καὶ ἀλγεσι λευγαλείσιν.* Quare de Jovis deorumque ceterorum saepius amicis mentio

injicitur, qui virtutem ament indeque magna aliqua fortuna fruuntur, aut, qui magnis periculis erepti praesens deorum auxilium sint experti. Contra quo quis tristiore utitur vitae conditione, eo inimicior diis esse putatur, quia cum infortunio peccata esse opinantur. Od. XIX. 364 Euryclia de Ulixē: ἡ σε περὶ Ζεὺς ἀνθρώπων ἤχθηρε θεοῦδέα θυμὸν ἔχοντα. Il. VII. 279 Hector et Ajax, quum aequo Marte e certamine prodierunt: μηκέτι, παῖδε φίλω, πολεμίζετε, μηδὲ μάχεσθον! ἀμφοτέρω γὰρ σφῶϊ φιλεῖ νεφεληγερέτα Ζεὺς. Il. XXI. 82 Lycao Achilli ipsum necaturo: νῦν αὖ με τεῆς ἐν χερσὶν ἔθηκεν Μοῖρ' ὀλοή· μέλλω πον ἀπέχθεσθαι Αἰ πατρὶ, ὅς μὲ σοι αὐτίς ἔδωκε. Il. XVII. 98. VI. 139. Prae ceteris autem infelices sunt, qui male fecerunt Il. III. 235. 270. VII. 351. XVI. 386. XXI. 523.

## C. XV.

Jam ad describendam naturam humanam perventum est. Quod enim supra, quum de divinitate egimus, humanitas in auxilium saepe vocabatur, id propterea factum est, quod apud Homerum quidem disjungi hae a se invicem nequeunt. Namque homines Homericum secundum suam ipsorum imaginem deorum numinibus decus addiderunt, ut magnam certe partem cognoveris deos, ubi hominum naturam intellexeris. Nihilominus tamen non hanc ingredi viam placuit, ut homines prius absolverem, quam deos, quoniam Dei Optimi Maximi, qui omnibus temporibus moderatur, benignitate ita comparata hominum natura est, ut, licet sua quodam modo mente deos sibi effinxerint, existat tamen in iis aliquid, nescimus quo pacto, quod tranquilla mente ab hominibus repertum, ubi propius divinitatem videntur esse, quam quum vitae actionumque impulsu, impetu, turbine quasi corripuntur, a vulgari inferioreque eorum vita satis alienum esse videtur atque ex altiore sapientia repetendum. Ita est rata egregii omnium maxime poetae vox; integram et incorruptam hominis naturam, etsi caeco impulsa sit impetu, a recta via non facile aberrare. Deinde profecto non sine jure in nostra etiam causa probetur, vocem populi Dei ipsius esse vocem, quod tamen hoc loco liceat interpretari ita, ut, qui dii temporum procursu totarum aetatum quasi doloribus nisibusque prodierint, eos non posse simpliciter dici infirma admodum mente humana repertos, sed altius repetitos supra mentem humanam esse. Hinc quoque factum est, ut in tanta deorum Homericorum turba, qua non parum saepe offendimur, divinae sapientiae lux quaedam effulgeat, cujus et in mores humanos immissa lumina sunt.

Quare de deorum prius, quam de hominum natura hoc libello disserendum esse censi. Homines autem, ut universe loquamur, diis longe inferiores esse putantur et corporis animique viribus, et totius vitae conditione longitudineque Il. XXIV. 525: ὅς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσιν, ζῶειν ἀχρυνμένοις αὐτοὶ δὲ τ' ἀκηδέες εἰσίν. Dii μάκαρες sunt, ὄλβιοι, ῥεῖα ζῶοντες, ἀθάνατοι ἡμᾶτα πάντα: de hominibus Il. XXI. 462 Apollo Neptuno: Ἐννοσίγαι', οὐκ ἂν με σάοφρονα μυθήσαιτο ἔμμεναι, εἰ δὴ σοίγε βροτῶν ἔνεκα ποτολεμίζω, δειλῶν, οἱ φύλλοισιν ἰοικότες, ἄλλοτε μὲν τε ζαφλεγέες τελέθουσιν, ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες, ἄλλοτε δὲ φθινύθουσιν ἀκήριοι. Il. VI. 46 Glaucus Diomedī: οἴητεφ φύλλον γενεῆ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δὲ φ' ὕλη τηλεθώσασα φέει· ἕαρος δ' ἐπιγίγνεται ὄρη· ὡς ἀνδρῶν γενεῆ ἡμὲν φέει, ἧδ' ἀπολήγει. Il. XVII. 443 Jupiter ipse haec: ἂ δειλῶ, τί σφῶϊ

δόμεν Πηληϊάδακι θυγατρὶ, ὑμεῖς δ' ἐστὸν ἀγήρω τ', ἀθανάτω τε! ἢ ἵνα δυστήροισι μετ' ἀνδράσιν ἄλγέ' ἔχητον; οὐ μὲν γὰρ τί πού ἐστιν ὑπερρώτερον ἀνδρὸς πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἐπι πνεῖει τε καὶ ἔρπει. Od. XVIII. 130 Ulixes Amphinomo: οὐδὲν ἀκινδότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο, πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἐπι πνεῖει τε καὶ ἔρπει, οὐ μὲν γὰρ ποτέ φησι κακὸν πείσεσθαι ὀπίσω, ὅρ' ἀρετὴν παρέχουσι θεοὶ καὶ γούνατ' ὀρώρη· ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ λυγρὰ θεοὶ μάκαρες τελέσωσιν, καὶ τὰ φέρει ἀκαζόμενος τετληότι θυμῷ. τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, ὅσον ἐπ' ἡμαρ ἀγῆσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Sed ut inferiores diis mortales esse dicuntur, sic hi eo pari inter se conditione sunt, quod ex utroque summi moderatoris dolio suam quisque partem acceperunt, ut nunc secunda, nunc adversa fortuna uterentur. Hinc factum est, ut ei, qui insigni aliqua calamitate affectus aequitatis jure privatus esse sibi videretur, non parvo esset solatio, malorum socios habuisse, quippe qua societate jus illud sibi esse restitutum opinaretur. Od. I. 354 Telemachus his verbis Penelopen consolatur: οὐ γὰρ Ὀδυσσεὺς οἶος ἀπώλεσε νόστιμον ἡμαρ ἐν Τροίῃ, πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι φῶτες ὄλοντο, et Od. IV. 199 Pisistratus Menalaum: καὶ γὰρ ἐμὸς κέθνηκεν ἀδελφεός, οὔτι κάκιστος Ἀργείων. Sed quo quis mortalium majore rerum laetarum copia vitam ornare potuit, eo propius ad deos accessit, ita ut ab ipsis iis ornatus amatusque vocaretur. Sic reges omnium mortalium principes διοτρεφεῖς cognomen traxerunt. His vel minus, quam ceteris hominibus timendum fuit, ne gravi aliquo casu premerentur. Quapropter Philoetii, Ulixem ubi graviter afflictum vidit, haec verba sunt Od. XX. 194: δύσμορος! ἦτε ἔοικε δέμας βασιλῆϊ ἄνακτι. ἀλλὰ θεοὶ δνῶσι πολυπλάγκτους ἀνθρώπους, ὅππότε καὶ βασιλεῦσιν ἐπικλώσονται οἰζόν. Ea etiam, quae non sint animantia, distingui nominibus, quae a diis repetita sint, nemo nescit. Quodsi quis affirmare velit, homines Homericos in eo summam perfectionem ponere, ut omnia deorum fiant similia, non prorsus inepte faciat. Sed in universum de natura humana haec esse satis dicta videntur.

### C. XVI.

Ad mores igitur formandos requiruntur agendi et lex, cui obsequendum sit, et libera voluntas. Summam autem legem quandam, quam agendo sequerentur, ex quaque singulae singularum actionum normae et regulae mente ac judicio repeterentur, minime isti noverant. Sed ut dii in moderandis rebus humanis aequitati studuerunt, sic homines acceptam a majoribus consuetudinem pro lege habuisse videntur. Nimirum singuli homines, suae quisque menti quodammodo diffisi, ut ingeniorum nondum satis excultorum natura fert, quin quadam inertia ad utendam mentem tardiores, non totius solum aetatis suae, sed aetatum omnium antecessentium consilio ac viribus pro suis, ut ita dicam, utuntur. Quae utraque res in consuetudine inest, quum nostris quidem temporibus ingenii cultu magis proveci rectum non habeant facere, quod aequalium vel majorum consuetudine constituatur, sed quod cum pietatis christianae lege praescribat ratio. Suum sibi quisque conscii sunt non arbitrium solum habere, sed agendi facultatem, pro facultatibus officium indeque dignitatem. Iidem parum curant, utrum facinora cum communi omnium consuetudine congruant, nec ne, dummodo ea secundum pietatem rationemque esse persuasum sibi habeant. Consuetudinem certe non colunt ipsam per



se, sed, quod in ea pietati ac rationi conveniat, quoniam certiozem habent legem, cujus auxilio praesidioque nunquam carent, quamque non humana mente repertam, sed divinitus esse datam sciunt. Parum profecto nunc nos deceret, quum maxime varii sint cultuque diversissimi ingeniorum modi, varii etiam animorum, institutionis et doctrinae varietate facti, omnes tamen eodem facinorum modo ac ratione esse contentos, pro ratione et pietate sequi consuetudinem, pro Dei voce hominum famam. Imo nunc valet illud: quo quis sit plures et majores animi facultates nactus, eo plura et praestantiora eum facinora patrare et optimum quemque, relicto vulgi trito itinere, suam maxime viam sequi debere.

Sed ista aetate consuetudinem religiose colebant: ea quae commendabantur, nemo amplius suae cogitationi subjicere videbatur, quippe majoribus totius nationis viribus excogitata. Quo enim minorem rerum divinarum scientiam subtilioremque divini numinis intelligentiam nacti erant, eo magis ea, quae semel comparaverant, cunctorum erant propria, ut non tam suam quisque, quam communem omnium sententiam in agendo tanquam legem sequi viderentur. Hinc autem sponte consequitur, gloria famaue in rebus agendis eos potissimum ductos fuisse eamque, si non pro conscientia, certe juxta conscientiam apud eos valuisse. Quare non omnino defuit recte bonique conscientia, quae est inter beneficia, omni aetati divinitus data, sed quia pro angusta deorum cognitione angusta etiam conscientia fuit, ita, ut non in omnibus actionibus vitaeque casibus consulta responderet, aliud ultro oblatum est, quo illa quodammodo suppleretur. Ita factum, ut hoc quoque loco juxta honestiores agendi impulsus, a praestantiore illa deorum natura repetitos, minus honestos apud Homerum reperiamus, quorum principes fama et gloria habentur. Atque ea quidem partim, quae in bonorum tantum hominum laude et approbatione innititur — ut Od. XIX. 313 Penelope Eurymacho: οὐτως ἔστιν ἐδκλείας κατὰ δῆμον ἔμμεναι, οἳ δὴ οἶκον ἀτιμάζοντες ἔδουσιν ἀνδρὸς ἀριστήος, Od. XIV. 237 Ulixes: δὴ τότ' ἐμ' ἤρωγον καὶ ἀγάλλοντο Ἰδομενεῖα νῆεσ' ἠγήσασθαι ἐς Ἴλιον. οὐδέ τι μῆχος ἦεν ἀνήνασθαι, χαλεπή δ' ἔχε δῆμον φῆμις, Od. XVI. 380 Antinous de insidiis Telemacho paratis inter procos: οἳ δ' οὐκ αἰνήσουσιν ἀκούοντες κακὰ ἔργα, cf. praeterea Od. XIX. 524. II. 101. VI. 29. II. 132. VI. 275. XXIV. 198. 200 — partim ea, quae ab externo quodam vitae splendore angustoque rerum judicio proficiscitur. Quod enim supra dictum est, in diis contemplandis ab animo corpus non ubique segregavisse homines Homericos, idem in moribus judicandis accidit, ut externam rerum speciem pro veritate saepius acciperent. Sed gloriae divinam fere auctoritatem tribuerunt, eaque quum ab hominum rumoribus magnam partem penderet, hos quoque maxime aestimaverunt. Od. XVII. 417 Ulixes Antinoo: τῷ σε χρὴ δόμεναι καὶ λώϊον, ἤεπερ ἄλλοι, σίτου· ἐγὼ δὲ σέ κε κλείω κατ' ἀπείρονα γαῖαν. II. VI. 442. Od. VIII. 102 Alcinous Ulixi: νῦν δ' ἐξέλθωμεν καὶ ἀέθλων πειρηθῶμεν πάντων· ὥς γ' ὁ ξεῖνος ἐνίσπη οἷσι φίλοισιν οἴκαδε νοστήσας, ὅσσον περιγίγνομεθ' ἄλλων πύξ τε παλαιμοσύνητε καὶ ἔλμασιν ἠδὲ πόδεσσιν: praeterea Od. VI. 29. II. XVII. 92. Od. XXI. 324. 329. II. IX. 370. Od. VIII. 497. II. VIII. 149. Od. I. 236. V. 311. Od. XXIV. 31. IV. 720. 819. Od. XI. 482 Ulixes Achilli: σεῖο δ', Ἀχιλλεῦ, οὗτις ἀνὴρ προπάροιθε μακάτατος, οὐτ' ἄρ' ὀπίσσω. πρὶν μὲν γάρ σε ζῶον ἐτίομεν, ἴσα θεοῖσιν, Ἀργεῖοι, νῦν αὖτε μέγα κρατέεις νεκύεσσιν, ἐνθάδε ἑών. Od. III. 204. II. XI. 784: Πηλεὺς μὲν ᾧ παιδὶ γέρον ἐπέτελλ' Ἀχιλλῆϊ, αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Gloria famaue solae fuere, quibus homines, natura sua mortales, aliquam tamen immortali-

tatem parare sibi possent Od. XXIV. 93: ὡς σὺ μὲν οὐδὲ θανάων ὄνομα ὄλεσας, ἀλλὰ τοι αἰεὶ πάντας ἐπὶ ἀνθρώπους κλέος ἔσσεται ἐσθλὸν, Ἀχιλλεῦ. Od. XIX. 328: ἀνθρώποι δὲ μιννθάδιό τελέθουσιν. ὃς μὲν ἀπηνῆς ἀντὸς ἔη, καὶ ἀπηνέα εἶδῃ, τῷ δὲ καταρῶνται πάντες βροτοὶ ἄλλε' ὀπίσσω ζῶν· ἀτὰρ τεθνεῶτί γ' ἐφεψιῶνται ἅπαντες· ὃς δ' ἂν ἀμύμων αὐτὸς ἔη καὶ ἀμίμονα εἶδῃ, τοῦ μὲν τε κλέος εὐρὺ διὰ ξείνοι φορέουσιν πάντας ἐπὶ ἀνθρώπους· πολλοὶ τὲ μιν ἐσθλὸν ἔειπον. Od. VIII. 147 Laodamas Ulixi: οὐ μὲν γὰρ μείζον κλέος ἀνέρος, ὄφρα κεν ἦσιν, ἢ ὅ τι ποσσὶν τε ῥέξει καὶ χερσὶν ἔῃσιν.

## C. XVII.

Gloria autem et corporis (Od. VIII. 147) et mentis viribus maxime comparabatur. His enim effectum est, ut cognoscerent, quid esset aptum ad consuetudinis legem, quid non, illis, ut rumoribus celebrarentur. Mentem autem hoc loco nominamus eam animi facultatem, qua quis intelligit, quid in rebus sit utile, quid non, et id quidem, quod fere consentaneum est, utile vel inutile ad aliquam corporis voluptatem. Altiozem aut subtiliorem mentem haud noverant. Quum igitur non ea mens esset, quae ex rebus sub sensus cadentibus ad eas cogitando transiret, quae sensibus non subjiciuntur, sed mera quaedam calliditas, et quum omne iudicium aut perceptione rerum corporearum ipsa, aut rebus ante factis fere niteretur, eum necesse erat validissimam mentem habere, qui diutissime vixerat. Itaque apud Homerum adolescentes plerumque calliditate ista carent — Od. X. 552: Ἑλληῆναρ δὲ τις ἔσκε νεώτατος, οὐδέ τι λίην ἄλκιμος ἐν πολέμῳ, οὔτε φρεσὶν ἦσιν ἀρηρῶς; cf. Od. IV. 167 — excellent senes — II. XIII. 354: ἢ μὰν ἀμφοτέροισιν (Jovi et Neptuno) ὁμὸν γένος ἦδ' ἰα πάραρ, ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γέρονει καὶ πλείονα ἦδῃ. II. XIV. 111 Diomedes aliquid consilii propositurus: καὶ μήτι κότερ ἀγάσῃσθε ἕκαστος, οὐνεκα δὲ γενεῆσφι νεώτατός εἰμι μεθ' ἑμῖν et si qua in juvenibus est, cum admiratione tanquam inexpectata res laudatur Od. VII. 292 de Nausicaa Ulixes: ἢ δ' οὔτι νοήματος ἡμβροτεν ἐσθλοῦ, ὡς οὐκ ἂν ἔλλοιο νεώτερον ἀντιάσαντα ἐρξέμεν αἰεὶ γὰρ τε νεώτεροι ἀφραδέουσιν, II. IX. 58 Nestor Diomedes adolescenti: ἢ μὴν νέος ἐσσι, ἐμὸς δὲ κε καὶ παῖς εἰς ὀπίσσω γενεῆσφι· ἀτὰρ πεπνυμένα βάζεις Ἀργείων βασιλῆας, ἐπεὶ κατὰ μοῖραν ἔειπες. Eadem autem calliditas ista laudibus effertur, sive in factis animadvertitur. Quicumque callide loquitur, eum bonum esse censent — Od. XI. 367 Alcinous Ulixi: ὦ Ὀδυσσεῦ, τὸ μὲν οὔτι σ' εἰσχομεν εἰσορῶντες, ἠπεροπιῆά τ' ἔμεν καὶ ἐπίκλοπον — σοὶ δ' ἐπι μὲν μορφή ἐπέων, ἐνὶ δὲ φρένες ἐσθλαί· μῦθον δ', ὡς οὔτ' ἀοιδὸς, ἐπισταμένως κατέλεξας cet. cf. Od. VI. 187 — ex minutissimis nonnunquam rebus conjecturam facientes Od. VIII. 388 Ulixes, ubi Phaeacum artes miratus est, Alcinous haec: κέλντε Φαιήκων ἠνήτορες ἠδὲ μέδοντες· ὁ ξείνος μάλα μοι δοκεῖ πεπνυμένος εἶναι; cf. Od. XVIII. 124. Propter istam quidem virtutem senes a juvenibus maxime coluntur et diliguntur II. I. 259 Nestor Achilli et Agamemnoni: ἀλλὰ πίθεσθ'· ἄμφω δὲ νεώτερω ἐσὶν ἐμεῖο. II. IX. 160 Agamemno a legatis Achilli haec inter alia nunciari vult: καὶ μοι ὑποστήτω, ὅσπον βασιλεύτερός εἰμι, ἢδ' ὅσπον γενεῆ προγενέστερος εὔχομαι εἶναι. Od. XXIII. 24. Quin etiam Telemachus coram Nestore sene statim garrere veretur Od. IV. 158. Adeo senectutem praestare juventuti censent, ut Od. III. 375 indicetur, mirum esse, quod Minerva Telemachum, quamquam adolescens sit, forma aquilae induta comitetur. Juvenes etiam ad maleficia procliviores sunt; Od. XIV. 159 Eumaeus Ulixi:

ἡ γὰρ δμῶν δίκη ἐστίν, αἰεὶ δευδιότων, οἳ ἐπικρατέωσιν ἄνακτες οἱ νεοί, Π. III. 108  
 Menelaus foedus cum Trojanis initurus: ἄξετε δὲ Πριάμοιο βίην, ὅφρ' ὄρκια τάμνη αὐτὸς, ἐπεὶ  
 οἱ παῖδες ὑπερφίαλοι καὶ ἄπιστοι· μή τις ὑπερβασίη Διὸς ὄρκια δηλήσεται. αἰεὶ δ' ὀπλοτέρων  
 ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται; cf. Π. XXIII. 589.

Quare quum in recta mente virtus potissimum nitatur, mala facinora e perversa mente  
 saepissime repetuntur — Od. XI. 272 de Epicaste Oedipodis matre: ἡ μέγα ἔργον ἔρξεεν  
 αἰδρεῖσσι νόοιο γημαμένη ᾧ νίει; cf. Od. XV. 421. XXI. 102. 295. XXIII. 218. II. VI. 352  
 Helena de Alexandro: τούτῳ δ' οὐτ' ἄρ νῦν φρένες ἔμπεδοι, οὐτ' ἄρ ὀπίσσω ἔσσονται. τῷ  
 καὶ μιν ἐπανόησεσθαι οἶω, Π. I. 343 — bona ex recta mente Π. IX. 341 Achilles Agame-  
 mnoni: ἐπιεὶ, ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων, τὴν αὐτοῦ (ἔλοχον) φιλέει καὶ κήδεαι, Π. XIV.  
 139. VI. 162. Od. XI. 445. Calliditati denique et prudentiae plurimum tribuitur: ex his  
 magnum fructum homines percipiunt — Π. XIII. 732 Polydamas Hectori: ἄλλω δ' ἐν στήθεσσι  
 τιθεὶ νόον εὐρόπια Ζεὺς ἐσθλόν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπανόησκοντ' ἀνδρωποῖ· καὶ τε πολεῖς  
 ἐσάωσε, μάλιστα δὲ ἂν αὐτὸς ἀνέγνω, Π. XXIII. 315: μήτι δ' τοι δορυτόμος μὲγ' ἀμείνων, ἢ  
 βίηφιν· μήτι δ' αὐτε κωβερνήτης ἐν οἴνοπι πόνοιω νῆα θοὴν ἰθύνει, ἐρεχθουμένην ἀνέμοισιν·  
 μήτι δ' ἠνίοχος περιγίγνεται ἠνιόχοιο — nec minus damnum faciunt stultitia et temeritate.  
 Cujus insolentia maxime causa est. Π. XVII. 236. XII. 113. Quod autem loco illo corporis  
 vires posthabentur prudentiae, inde non licebit facere conjecturam, omnino corporis naturam  
 ab animo secretam esse. Ista enim mens, quam lubuit calliditatem nominare, non totam animi  
 naturam poterit complecti, sed exiguam particulam.

### C. XVIII.

Jam de libera voluntate dicere tempus est, ea scilicet, quae cum deorum natura, quam  
 esse supra vidimus, cogitari possit. Innumeris igitur locis intelligitur, nihil fere in humanis  
 rebus fuisse, quod dii non moderarentur. Adeo assueverunt homines illi maximam quamque  
 rem ad deos maxime referre auctores, ut non secundae modo adversaeque res, sed virtus ipsa  
 vitiaque a diis proficisci nullumque virtutis meritum hominibus relinqui videretur. Ubi enim  
 inexpectata re aliquid sive impediabatur, sive juvabatur, aut ubi cupiditatibus inflammatis  
 verum intelligi non poterat, ubi quid denique opinione vulgari ad certam dei provinciam  
 pertinebat, deos nominare auctores parati erant. Quare istiusmodi loci ex Πιάδε fere omnes  
 allati sunt, quippe inter armorum strepitum verae rerum causae non sane facile circum-  
 spiciuntur, nec circumspectae intelliguntur. At in omnibus rebus aliis, modo contra consue-  
 tudinis legem non pugnarent, eximiam libertatem sibi sumebant, nonnunquam licentiam.  
 Videlicet ut diis ingentem licentiam tribuere, sic temere nonnunquam deum arrogare sibi  
 non veriti sunt. Hanc talem autem fuisse agendi libertatem, permultis locis confirmari poterit.  
 Et de immodica deorum quidem licentia hi loci prae ceteris digni sunt, qui laudentur: Od.  
 XVI. 447: θεόθεν οὐκ ἐστ' ἀλέασθαι, cf. eum Π. VIII. 143. Od. III. 266 dicitur initio  
 Clytaemnestra impio in uxorem facinori restitisse φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθαῖσι, at v. 269: ἀλλ'  
 ὅτε δὴ μιν μοῖρα θεῶν ἐπέδησε δαμῆναι, ab Aegistho abducta esse volens a volente. Od.  
 XXIII. 11 Penelope Eurycliae: μάρτην σε θεοὶ θέσαν· ὅτε δύνανται ἄφρονα ποιῆσαι καὶ



ἐπίφρονά περ μάλ' ἔόντα καὶ τε χαλιφρονέοντα σαοφροσύνης ἐπέβησαν. οἱ σέ περ ἔβλαψαν. πρὶν δὲ φρένας ἀσίστη ἦσθα. Π. IX. 460 Phoenix de se Achilli: ἀλλὰ τις ἄθανάτων παῖσεν χόλον, ὅς ῥ' ἐνὶ θυμῷ δῆμόν θῆκε φάτιν καὶ ὄνειδέα πόλλ' ἀνθρώπων, ὡς μὴ πατροφόνος μετ' Ἀχαιοῖσιν καλεοίμην. Π. XIX. 86 Agamemno de injuria, qua Achillem affecerat: ἐγὼ δ' οὐκ αἰτιός εἰμι, ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα καὶ ἡεροφοῖτις Ἐρινύς. Od. XX. 345. XXI. 102. Π. IX. 609. X. 46. XI. 163: Ἐκτορα δ' ἐκ βέλων ἔπαγε Ζεὺς. Π. XII. 164. XIII. 1. 783. XV. 464. 490. 694. XVI. 700. XVII. 177. XIX. 270 Achilles: Ζεῦ πάτερ, ἧ μεγάλας αἴτας ἀνδρῶσσι δίδοισθα. Ad hominum autem licentiam quod attinet, primum eorum genus locorum est, quibus secundum rectius de deorum natura iudicium planis disertisque verbis dictum est, homines ipsos et suarum rerum esse auctores et aliarum nonnunquam. Od. I. 32 Jovis ipsius haec verba sunt: οἶον δὴ νῦν θεοὺς βροτοὶ αἰτιῶνται! ἐξ ἡμέων γὰρ φασὶ κακὰ ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῆσιν ἀιασθαλίησιν ὑπέρομον ἄλλε' ἔχουσιν. Od. XXIV. 455 Halitherses in Ithacensium concilio: ἡμετέρη κακότητι, φίλοι, τάδε ἔργα γέγοντο (caedes procorum ab Ulixeparata) Π. XXII. 54 Eurymachus de caeso Antinoo Ulixi ultori: νῦν δ' ὁ μὲν ἐν μοίῳ πέφασται. Π. XIII. 433 de Hippodamia inter aequales insigni: πᾶσαν γὰρ δηλιαίην ἐκέλευσθε· τοῦνεκα καὶ μιν γῆμεν ἀνὴρ ὄριστος ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ. Π. IV. 406: ἡμεῖς καὶ Θῆβης ἔδος εἶλομεν ἐπιταπύλοιο — πειθόμενοι τεράεσσι θεῶν καὶ Ζηνὸς ἀρωγῇ· κείνοι δὲ σφετέρησιν ἀιασθαλίησιν ὄλοντο. Praeterea cf. Od. IX. 477. X. 27. 129. Od. XVIII. 130. Π. XXIV. 53. Od. XII. 211. Od. XIX. 109. Precibus enim, votis, sacrificiis, [quamvis plurimum tribuatur ad flectendam deorum iram, tamen ubi justas primum iras conceperunt, ista nihil valent. Od. III. 147: οὐ γὰρ τ' αἴψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἔόντων. Od. XII. 215 aperte praecipitur, Jovem non juvare hominem, nisi suum fecerit sibi. Ulixes comitibus Cyclopem effugituris: εὐπίετε κληίδεσσιν ἐφῆμενοι, αἰ κέ ποθι Ζεὺς δώῃ τόδε γ' ὄλεθρον ὑπεκφυγέειν καὶ ἀλύξει Π. XII. 275. Eandem sententiam exhibet Π. XVII. 331, ubi Apollinis verba haec sunt: ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολλὰ βούλεται ἢ Λαοαῖοισιν νίκην· ἀλλ' αὐτοὶ τρεῖς ἄσπετον, οὐδὲ μάχεσθε. Π. XXIV. 464 Hermes veretur auxilio nimis praesenti juvare homines mortales, ne quid aegre feratur. Polydamas, quum augurium Trojanis male interpretatus pugnam dissuasisset, Hector, libertatis humanae veraeque pietatis eximius vindex, haec Π. XII. 241: ἡμεῖς δὲ μεγάλοιο Διὸς πειθόμεθα βουλῇ, ὅς πᾶσι θνητοῖσι καὶ ἄθανάτοισιν ἀνάσσει. εἰς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Itaque honestiorem etiam apud Homerum libertatem habemus fere hanc, deorum fiduciam esse hominibus conjungendam cum strenuis laboribus. Alterum deinde locorum genus est, quibus numina deorum dicuntur impedita objecisse, quae hominum arte, consilio, industria sint remota: ut dii Od. I. 198 Ulixi reditum praeccludi per hostes volunt; attamen is v. 205: φράσσειται, ὡς κε νέηται, ἐπεὶ πολομήχανός ἐστιν. Agamemno Π. XIV. 65 haec: quoniam omnes nostri conatus nequidquam fuerunt, intelligendum est, Jovem velle, ut hoc loco intereamus; attamen v. 78 fugae consilium proponit. Tertium eorum, ubi incertum relinquitur, utrum deus, an animi voluntas ad agendum homines impulerit. Π. IX. 703 Diomedes Agamemnoni de Achille irato: ἀλλ' ἦτοι κείνον μὲν ἐάσομεν, ἢ κεν ἦσιν, ἢ κε μένη· τότε δ' αὐτὲ μαχήσεται, ὅππότε κέν μιν θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀνώγη καὶ θεὸς ὄρησῃ: cf. Od. III. 27. Od. IV. 712 Meno: οὐκ οἶδ', εἰ τίς μιν θεὸς ὄρησῃ (de Telemacho profecto Penelopae) ἢ καὶ αὐτοῦ θυμὸς ἐφωρμήθη ἴμεν ἐς Πύλον cet. Sequuntur denique loci, quibus ad deos quidem alicujus rei causa refertur, sed ita, ut

addatur, per quem hominum laborem consiliumve confecta aut conficienda sit, vel per quid in rerum natura situm, nec non ii loci, ubi pro re aliqua non diis solum gratiae aguntur, sed ei etiam homini, per quem sit ad finem perducta. Ut Nestor II. II. 267 Agamemnoni haec: si, Agamemno, in singulas stirpes viros dictribueris, mox cognosces, utrum dei sit voluntas, ut urbem non expugnemus, an factum imperitia aut ignavia militum. II. IX. 418 Achilles: *ἐπεὶ οὐκέτι δῆετε τέκμων Ἰλίου αἰπείνης· μάλα γὰρ ἔθεν εἰρόνοια Ζεὺς χεῖρα ἔην ὑπερέσχε, τεθαρσῆκασι δὲ λαοί.* II. XI. 761 Pylii, ubi de hostibus victoriam reportaverunt, *πάντες εὐχετόωντο θεῶν Διὶ, Νέστορί τ' ἀνδρῶν.* II. XVI. 849 Patroclus Hectori de caeso hoste glorianti: *ἀλλὰ με Μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Ἀητοῦς ἔκαθεν υἱός, ἀνδρῶν δ' Ἐὐφρόβος· σὺ δέ με τρίτος ἔξεναρίζεις.* Cf. praeterea Od. XVII. 320. XXIII. 140. II. XVI. 103. 816. Od. XI. 61. 332. XXII. 346. 413. II. XII. 256. XV. 721.

### C. XIX.

Ex iis igitur, quae adhuc disputata sunt, intelligitur, primum suam legem moralem quandam habuisse homines Homericos, qua, quid bonum esset, quid secus, judicarent, deinde suum arbitrium, quo possent facere, quod vellent. Restat, ut monstretur, qua omnino re impulsus egerint. Quum autem in rebus omnibus naturam ducem sequerentur, vel in iis, quae, sensibus non subjectae, rationem aliam nobis equidem videntur requirere, quumque nihil pluris quam corporis voluptatem aestimarent, eam vero propter corporis mortalitatem post hanc vitam exspectarent nullam, facilis est conjectura, utilitatis propriae studio non parum eos tribuisse. Quodcunque enim sibimet fieri ab aliis voluerunt, id praestare aliis parati erant: par pari referre, religio fuit. Itaque illa aequitatis lex, quam dii in regendis hominibus secuti sunt, inter homines etiam valuisse videtur, ita, ut tum demum satisfacisse sibi viderentur, si tantum aliis facerent, quantum ab aliis factum ipsis esset. Talis vero religio non inter homines solum sed homines inter deosque etiam servata est. II. XVII. 567: *γῆθησεν δὲ θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη, ὅτι ἴα οἱ πάμπρωτα θεῶν ἠρήσατο πάντων* (Menelaus): *ἐν δὲ βίην ὁμοίσι etc. ἔθηκεν.* Dii quoque pro sua dignitate sua sibi sacrificia atque honores a mortalibus postulabant, quae, si non praestita erant, iram eorum atque inimicitias movebant. II. IX. 533. Od. IV. 351. II. XII. 6. XXIII. 546. II. IV. 48. VIII. 203. XXII. 170. XXIV. 34. 68. Od. I. 60. 66. Eadem sola erant, quibus irati poterant reconciliari II. IX. 499: *καὶ μὲν τοὺς (θεοὺς) θυέεσσι καὶ εἰχολῆς ἀγανῆσιν λοιβῆ τε νύισση τε παρατροπῶσ' ἄνθρωποι, λισσόμενοι, ὅτε κὲν τις ὑπερβῆη καὶ ἀμάρτη.* Sin hominum delicta aut scelera erant majora, quam quibus ignosceretur, non statim sacrificiis deorum irae flectebantur. Homines vicissim sacrificia offerunt, preces mittunt, sed sine ullo poenitentiae sensu, sine ullo morum postea emendandorum consilio, sine ulla animi aegritudine. Potius iste deorum cultus partem consuetudinis est, quae propter vetustatem in mores emendandos parum influit, partim eo sensu et consilio habitus, ut a diis opportunitate oblata muneribus referantur munera. Quid quod mali adeo homines sacra facere ob scelera non verentur. Od. III. 272. VIII. 425. XIX. 273. Quare si malis homines tentantur, ad illa provocant Od. IV. 763. II. I. 40. 405. VIII. 236. XV. 372. Od. III. 59, aut se oblaturos promittunt, ut eripiantur, aut offerunt erepti, nec semper

ista provocatio cum modestia est. Neque inter homines ipsos ullum est officium, ulla conjunctio, nisi quae efficitur utilitate aliqua, aut utilitatis spe et exspectatione. Cari sunt parentes, cari liberi, cari propinqui omnes et amici, quos inter ea ratio intercedit, ut perpetuo utilitatum officiorumque quasi commercio inter se conjungantur. Quin sanctissimum hospitii jus, laudabili consuetudinis lege constitutum, quamvis documento esse videatur, non semper proprii commodi studio homines Homericos ad agendum impulsos fuisse, iisdem initiis esse profectum, recte judicetur, praesertim quum Menelai verba Od. IV. 33 audiantur dicentis, ideo Ulixem hospitio debere excipi, quod in peregrinationibus suis eandem hospitem benignitatem sit expertus. Nam illa aetate, quum quisque sciret, neququam se posse unquam peregrinari sine ejusmodi consuetudinis praesidio, libentissime praestitisse omnes aliis consentaneum est, quod mox ipsi ab aliis peterent. Quis tamen hoc iudicio detrahi quidquam veterum illorum virtuti opinetur? Certe ex ipso proprii commodi studio, si cum vera divinitatis cognitione sit conjunctum, facinora egregia emanare scimus, si non, cum inhonestis plurimis honestiora nonnulla, ex Homeri carminibus intelligemus. *σχέσθε φίλοι, καὶ μὴ οἶον ἐάσατε πένθει λυγρῷ τείρεσθ'*, εἰ μήτι πατήρ ἐμὸς δυσμενέων κἀκ' ἐρεξεν Ἀχαιοῦς, quae verba procis dicit Telemachus Od. II. 71. II. IX. 508: *ὃς κέν τ' ἀδέσεται κόρας Αἰδὸς (Αἰτάς) — τὸν μὲγ' ὄνησαν καὶ τ' ἔκλων ἐξήμενοι.* Od. II. 230 Mentor in Ithacensium concilio, quum nemo Ulixem meminisse videretur: *μήτις ἐτι πρόφρων ἀγαθὸς καὶ ἥμιος ἔστω σκηπτοῦχος βασιλεὺς, μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδὼς, ἀλλ' αἰεὶ χαλεπὸς τ' εἴη καὶ αἰσυλὰ ἔξοι.* ὡς οὔτις μέμηται Ὀδυσσεύος θεοίο λαῶν, οἷσιν ἄνασσε, πατήρ δ' ὡς ἥμιος ἦεν. Cf. Od. V. 219. IV. 292. Od. III. 98 Telemachus Nestori: *ἀλλ' εὖ μοι κατάλεξον, ὅπως ἤνεγκας ὀπωπῆς λίσσομαι, εἰποτέ τοί τε πατήρ ἐμὸς, ἐσθλὸς Ὀδυσσεύς, ἢ ἔπος ἤε τι ἔργον ὑποστάς ἐξετέλεσσεν.* Od. IV. 693: Penelope Medonti de Ulixē: *κείνος δ' οὔποτε πάμπαν ἀτασθαλὸν ἄνδρα ἐώργει· ἀλλ' ὁ μὲν ὑμέτερος θυμὸς καὶ ἀεικέα ἔργα φαίνεται, οὐδέ τις ἐστὶ χάρις μετόπισθ' εὐεργέων.* Od. VIII. 209 Ulixes haec: *ἄφρων δὴ κείνος — ὅστις ξεινοδόκῳ ἔριδα προσφέρηται ἀέθλων, δῆμῳ ἐν ἀλλοδαπῷ· εὖ δ' αὐτοῦ πάντα κολούει.* Od. XVI. 424. 441. II. XVII. 670.

Verum, sicut secundum aequitatis legem erat, ut beneficia redderentur Od. XXII. 373, sic maleficiis maleficia compensare fere religio erat, ut ultio pro lege haberetur, quae nunquam deberet migrari. Menelaus verbi causa, ubi Adrasto parciturus est II. VI. 56, haec ab Agamemnone audiuntur: „scilicet Trojani valde bene tibi fecerunt.“ Tum ille Adrastum crudelissime necat, Agamemno autem *αἴσιμα παρῆπειν* i. e. suasisse dicitur, quod ferat consuetudo. Antinoi occisi pater in concione Od. XXIV. 432 cf. v. 326. Od. XXII. 62 dictitat, Ithacenses, qui sint laesi procorum clade, magna in omnem posteritatem ignominia aspersum iri, si ultionem praetermittant. Idem mori, quam ultionem praetermittere mavult. Lycao ideo sibi II. XXI. 95 vitam esse condonaturum Achillem sperat, quod *ὀμογάστριος* Hectoris non sit, Patrocli interfectoris. Dii ipsi ultionem maleficiorum exoptant Od. I. 266 et 294, ubi Minerva Telemacho: *φράζεσθαι δὴ ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν, ὅπως κε μνηστήρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι κείνης, ἢ δόλῳ ἢ ἀμφαδόν;* cf. Od. III. 195. 204. Aut si quem per nefas necatum caede ulcisci necessarii non poterant, *ποινήν* certe ab interfectore expetebant II. IX. 632. Achilles ipse, quum Priami precibus filii cadaver concessisset eoque dimidiam tantum quasi ultionis partem exegisset, non preces indulgentiae causam fuisse prodit,



sed redemptionis pretium, cujus dimidiam partem illi se daturum esse pro ultione pollicetur II. XXIV. 592. Hinc intelligimus, in societate humana fuisse indifferentes omnium atque lentos in omnes animos, dum aliqua re momentum afferretur, quo in alterutram partem inclinarentur. Ubi pietate, cognatione, affinitate praeponderat caritas, propensi animi sunt ad beneficia et id quidem non impulsu fortuito, sed sanctae cujusdam legis imperio ducti. Od. IV. 649 Antinous interrogat, unde navem Telemachus acceperit, qua sit profectus. Ad haec Noëmo: *αὐτὸς ἐκὼν οἱ δῶκα* (non vi coactus) *τί κεν ἔβριε καὶ ἄλλος, διπλότ' ἀνὴρ τοιοῦτος, ἔχων μελεδήματα θυμῷ, αἰτίῃ; χαλεπὸν κεν ἀνήρασθαι δόσιν εἶη.* Od. VIII. 540. XIV. 53. 389. Od. XVI. 401 gentem regiam interficere ab Amphinomo turpissimum esse dicitur, quia contra pietatem id erat. Ubi bello, injuriis ante factis — Od. XIII. 267 cf. v. 261. Od. XXII. 477, II. VI. 285 Hector de Alexandro: *εἰ κείνόν γε ἴδοιμι καταθόντ' Ἄϊδος εἴσω, φαίην κε φρέν' ἀτέρπον δῖζός ἐκλελαθέσθαι,* — vel privatim, vel publice, praeponderat odium, maleficia non solum licita sunt, sed consuetudine et lege imperata. Itaque in bellis pugnisque potissimum inaudita agi crudelitate acerbissimisque diceriis videmus II. XXII. 346. 375. XXIII. 21. XXIV. 212. Nec ab eo solum, qui ipse fecit injuriam, sed a posteris etiam ejus gravissimae poenae expetuntur. II. XI. 142 has Agamemno expetit ab ambobus Antimachi filiis, quod pater eorum aliquando in Trojanorum concione suasisset, ut Menelaus interficeretur. Pristinorum vero beneficiorum recordatio, quum exstitit, in ipso bello haec plus valet, quam praesentes discordiae II. VI. 232. Aliud caritatis vinculum jungebatur, quum quis, aliqua de causa exsul, alterius praesidium rogaverat. Ita commissi facinoris non habita ratione supplices benigne excipiebantur, dummodo eum non laessissent, cujus auxilium imploraverant. Od. XV. 280. XIV. 381.

### C. XX.

Jam videamus, quae praeclara caritatis exempla apud Homerum reperiantur eorum, inter quos aliqua necessitudo intercedebat. Ac primum quidem singulari patriae amore homines illi excellunt, qua nihil dulcius, nihil optabilius, nihil summa aestimatione dignius habuisse videntur. Od. IX. 27 Ulixes Phaeacibus: *οὔτοι ἔγωγε ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ιδέσθαι.* Idem v. 34: *ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκῆων γίγνεται, εἴπερ καὶ τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον γαίῃ ἐν ἄλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκῆων;* cf. Od. XV. 343. VII. 242. IX. 102. Deinde carissimi erant parentibus liberi — Eumaeus Od. XVI. 143 Telemacho de Laërte avo nepotem desiderante: *αὐτὰρ νῦν, ἐξ οὗ σύγε ὄχθο νηϊ Πύλονδε, οὐπω μὲν φασιν φαιόμεν καὶ πύμεν αὐτῶς, οὐδ' ἐπὶ ἔργα ιδεῖν ἀλλὰ στοναχῇ τε γόῳ τε ἦσται ὀδυρόμενος, φθινύθει δ' ἀμφ' ὀστεόφι χροῶς.* Od. IV. 703. 789. XI. 201. XVI. 192. XVII. 38 de Penelope: *ἀμφὶ δὲ παιδί φίλῳ βάλει πῆχεε δακρύσασα· κύσσε δὲ μιν κεφαλῇν τε καὶ ἄμφω φάσει καλὰ, καὶ ὃ ὀλοφρομένη ἔπειτα πτερόεντα προσήνδα* — liberis parentes, — Od. V. 394: *ὡς δ' ὄτ' ἂν ἀσπίσιος βίσιος παιδεύσει φανῆ πατρὸς, ὃς ἐν νόσῳ κείται, κρατέρ' ἄλγεα πάσχων* cet. cf. Od. XX. 339. VII. 70. XI. 210 — amicis amici. — Od. IV. 97 Menelaus demortuis amicis: *ὦν ὄφελον τριτάτην περ ἔχων ἐν δώμασι μοῖραν (divitiarum omnium et bonorum) ναίειν, οἱ δ' ἄνδρες σόοι ἔμμεναι, οἱ τότ' ὄλοντο Τροίῃ ἐν εὐρείῃ.* Od. VIII. 585 Alcinoüs: *ἐπεὶ οὐ μὲν τι κασιγνήτοιο χειρείων*

γίνεται, ὅς κεν, ἑταῖρος ἑὸν, πεπνυμένα εἰδῆ; cf. Od. IV. 90. 95. 197. X. 384. II. XVIII. 129 — conjugibus uxores, uxoribus conjuges. Od. XXI. 55 Penelope, ubi mariti arcum adspexit, ἐξομένη δὲ κατ' αὐθι, φίλοις ἐπὶ γούνασι θεῖσα, κλαῖε μάλα λιγέως. Od. XVIII. 251 Penelope Eurymacho: ἦτοι ἐμὴν ἀρετὴν, εἶδος τε δέμας τε, ὄλεσαν ἀθάνατοι ὅτε Ἴλιον εἰσανέβαινον Ἀργεῖοι, μετὰ τοῖσι δ' ἐμὸς πόσις ἦεν Ὀδυσσεύς. Od. VIII. 522. In amicorum autem numero hoc loco censuimus et hospites cum supplicibus. Od. VIII. 546 Alcinous: ἀντι κασιγνήτων ξεῖνός εἰ ἐκέτης τε τέτυκται ἀνέρι, ὅσι δλίγον πέρ ἐπιψαῖη πραπίδεςσιν; cf. Od. XVI. 108. XX. 317. Scilicet haec caritas omnis nihil molle habet, nihil effeminatum, nihil, quod hominum simplicium ac nonnihil agrestium naturae non conveniat. Sic non sine acerbitate perstringuntur, quaecunque absona, perversa, turpia sunt, quisquis est, in quo notanda sunt, quamquam inique haec saepe fiunt ab iis, qui ira, studio, metu, aliis animi affectibus concitantur. Od. XXI. 344 Telemachus in Penelopen, alias res agentem, gravius verbis invehitur 350: ἀλλ' εἰς οἶκον ἰούσα τὰ δ' αὐτῆς ἔργα κόμισε — τόξον δ' ἀνδρεσσι μελήσει πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί; cf. Od. XXIII. 103. XX. 131. Amor vero stultus et improbus, quem Horatius dicit, ullo in genere vix reperiatur, quamquam liberi τηλύνετο prae ceteris a parentibus amantur II. IX. 481. Feminarum autem illa aetate amor, etsi a nostris temporibus alienus est, nec iis luminibus illustratus, quae multa effulgent, ubi subtiliores animi sensus e subtiliore institutione, doctrina, cogitatione oriuntur, omnibus tamen caret vitiis, quae ex iisdem illis causis proficiuntur. Qui ab Homero homines describuntur, duas res e feminurum consuetudine maxime percipiunt: et voluptatem corporis et utilitatem rei domesticae. Aliam quandam necessitudinem, mentium animorumque conjunctione exortam noverunt nullam, quum viri iis fere rebus delectarentur, quarum partem capere mulieres non possent. Hoc ita esse jam inde concluditur, quod matrimonia non tam vero, quem nos dicimus, amore jungi, quam habito utilitatis respectu pangi solebant — II. XI. 225. 242 — quodque concubinas habere in nemine admodum offensum est, nec in maritis, nec in iis, qui coelibes erant II. IX. 132. VIII. 291. XXIV. 130. Neque Ulixes Circeis aut Calypsonis commercio abstinet. Attamen quanta concordia, quanta caritas, quanta denique fortuna ex talibus etiam matrimoniis ad hominum vitam redundare possit, si non e similibus nostrae aetatis matrimoniis intelligeremus, ex Homeri carminibus conicere liceret. De quo sanctissimo inter homines vinculo praestantissima verba leguntur Od. VI. 182: οὐ μὲν γὰρ τοῦγε κρεῖσσον καὶ ἄρειον, ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχρητον ἀνήρ ἢ δὲ γυνή· πόλλ' ἄλγεα δυσμενέεσσιν, χάρακτα δ' εὐμενέεσσι· μάλιστα δέ τ' ἐκλον ἀντοί. Ex ipsa Eriphylae et Clytaemnestrae vituperatione intelligi potest, quanti innocentiam matrimonii fecerint; cf. Od. XI. 326. 425. Huc etiam omnia pertinent, quae de Ulixis et Hectoris matrimonio hic illic leguntur. Cf. praepimis II. VI. 407 seqq. Et quamquam concubinarum consuetudo non vitio vertebatur viris, — II. IX. 134. VIII. 291. XXIV. 130 — non tamen sine laudis atque approbationis significatione dici videtur, Laertem cum Euryclia nunquam concubuisse, uxoris reverentia ductum Od. I. 433, atque nothi filii legitimis posthabebantur, ita ut Telamoni praecipuae laudi verteretur, quod Teucrum benigne habuisset II. VIII. 284. Od. XIV. 131. 203. Ita hoc etiam loco comprobatur, nulla consuetudinis vitiosae lege tam arete humanae naturae praestantiam circumscribi, ut non praeter consuetudinem quaedam ejus indicia quasi flores erumpant. Ceterum feminas et nuptas et non nuptas viris semper fuisse

obnoxias, nuptas uxoribus, non nuptas patribus, id exemplis multis confirmatur. Helena enim, quamvis acerbissimis verbis uxorem increpet, facere tamen postremo non potest, quin auctoritati uxoriae obsequatur II. III. 428. 447. Unica Arete est, quae, si in Alcinooum maritum non dominatur, justo tamen majorem in moderandis rebus domesticis auctoritatem habere videtur Od. VI. 310. Quidquid enim agitur, ad ejus provocatur iudicium et intercessionem.

Sed quanto plus licebat viris, tanto minus feminis, quae, sive erant nuptae, sive non erant, castitatem, pudicitiam, decus laedere non debebant Od. VI. 147. 273. 287. VII. 305, et scelera, quamvis et viros dedecorarent, omnium tamen flagitiosissima in feminis esse habebantur Od. XI. 427. 434. Porro ut viri hominum famam plurimi aestimabant, sic feminae, quae mirum quantum hac religione tenebantur Od. VI. 310 de Nausicaa: *ὡς ἔφασ' αἰδέο γὰρ θαλερόν γάμον ἐξονομήναι παρὶ φίλῳ· ὃ δὲ πάντα νόει.* v. 286: *καὶ δ' ἄλλη νεμεσῶ, ἣ τις τοιαῦτά γε ἔξει, ἢτ' ἀέκητι φίλον πατρὸς καὶ μητρὸς ἐόντων ἀνδρασι μίσγηται, πρὶν γ' ἀμφάδιον γάμον ἔλθειν;* cf. Od. VI. 66. Ceterum homines toti erant, neque humani quidquam a se alienum esse ducebant. Od. X. 480. II. VI. 25. XIV. 346. 7. Od. III. 464. IV. 252.

### C. XXI.

Inter ea postremo, quae de moribus memoratu digna esse videantur, numeranda possessio. Hanc, ut omnia, a diis repetebant, Od. VIII. 325 *δοτῆρσιν ἐάων*, interque hos a Jove potissimum, mundi totius gubernatore Od. VI. 188, XVIII. 19 et cf. cap. XIII. Erat autem possessio aut hereditate accepta, aut parta. In possessionibus acceptis et ipsae sunt animi dotes, quibuscunque aliquis excellit, ita, ut II. XVII. 576 juxta animi probitatem divitiae conseantur; cf. Od. XVIII. 127. Itaque claris non solum opulentisque, sed bonis etiam et prudentibus natum esse parentibus, in maximis rebus habetur, maximaeque commendationi cuius est II. XIV. 113. XXI. 154. 187. Od. I. 180. IV. 611. Ac vero per tota fere Homeri carmina e naturae consideratione repetita haec est sententia: bono patre bonos liberos gigni, unde is, qui ita verba facit, ut prudentem se esse prodat, claris parentibus natus esse putabatur Od. XVIII. 125. At, qui est patrum in liberos amor, optatur quidem nonnunquam, ut evadant meliores patribus filii II. VI. 479, sed magnis aliquem laboribus virtutis ejusdam praestantiam ita sibi peperisse, ut esset obscuro loco natus, apud Homerum, quod equidem sciam, inaudita res est. Quae quum ita sint, non mirum est, quod iisdem vocabulis ac nominibus interna hominis praestantia, quibus externa significatur fortuna. Totus enim homo, quantuscunque vel animo ingenioque vel corpore fortunaque erat, a diis quasi factus esse putatur. Hae quidem communiter ἀρεταὶ nominantur Od. XVIII. 133. II. XX. 242. cf. Nitzsch ad Od. III. 57. Unde sequitur, servitute oppressis Jovem hominibus ἀρετὴν μινύθειν. Victores enim nihil antiquius habent, quam ut devictis possessiones adimant Od. XVIII. 133. Item fama non magis internae, quam externae hominum res celebrabantur, is autem, qui divitiis excellit, longe pluris aestimatur, quam inops atque egenus Od. XI. 356 Ulixes Alcinoou: *εἰ με καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἀνόγοιτ' ἀντόθι μίμνειν, πομπήν τ' ἐτρύνοιτε, καὶ ἀγλαὰ δῶρα δίδοιτε, καὶ κεν τὸ βουλοίμην, καὶ κεν πολὺ κέρδιον εἴη πλειοτέρη σὺν χειρὶ φίλην ἐς πατρίδ' ἐκέσθαι. καὶ ἔ' αἰδοιότερος καὶ φίλπερος ἀνδράσιν εἶην πᾶσιν, ὅσοι μ' Ἰθάκῃνδε ἰδοίαιτο νοστήσαντα.*



Od. XIV. 200. 205. 506. Parari autem possessio poterat parataque augeri aut deorum amicorumque hominum beneficio, aut bello praedationeque, aut mercatura, aut manuum mercede. Atque in priore genere sunt et alia dona, et quibus vel liberi homines ornantur a liberis, vel servi in officiorum remunerationem a liberis. Ad alterum genus quod attinet, et ipsum jus possessionis inter eos maxime valebat, qui consuetudinis usu vel aliqua necessitudine inter se conjuncti erant. Sed quum quacunque de causa turbata concordia erat, vel ubi nulla necessitudo, tum οἱ Ἕλληνες (Thuc. I. 5) τὸ πάλαι ἐτράποντο πρὸς ληστείαν καὶ ἥρπασον, οὐκ ἔχοντός πο αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δὲ τι καὶ δόξης μᾶλλον, — cf. et Od. XXIII. 357 — praesertim, quum vires et calliditas ad id requirentur Od. IX. 40. 41. Hinc intelligitur, qui Hermes Od. XIX. 396 Autolyco dedisse dicatur κλεπτοσύνην καὶ ὄρκον. His enim utebantur in inimicos vel hostes. Ut Od. XXII. 177 Ulixes non veretur narrare Minervae, qua fraude Orsilochum interfecerit, quippe qui aliquando praeda ipsum privare conatus sit. Contra idem Ulixes Od. XIV. 156: ἐχθρὸς γάρ μοι κείνος ὁμῶς Ἄϊδαο πύλησιν γίγνεται, ὅς — ἀπατήλια βάζει. Mercatorum negotia contemnebant, — Od. VIII. 159 Euryalus Ulixi: οὐ γάρ σ' οὐδὲ, ξεῖνε, δαήμονι φρεσὶ εἰσχω ἄθλων — ἀλλὰ τῷ, ὅστ' ἔμα νηὶ πολυκλήϊδι θαμίζων, ἀρχὸς ναυτῶων, οἵτε προηκίηρες ἔασιν, φόρτου τε μνήμων καὶ ἐπίσκοπος ἦσιν ὁδαίων, κερδέων δ' ἄρπαλέων — quippe qui sine viribus uterentur astutia. Phaeaces enim, qui in navigatione toti erant, in mercatoribus non censi fuisse videntur, vel quia minus sordide rem suam egerunt, vel quia mari finitimi ipsa quadam naturae lege ad mercaturam apti esse videbantur. Qui manuum mercede inopiam tolerabant, eorum tristis describitur sors, tristissima vero eorum, qui, omnium rerum egentes, vel αἰδοῦς officio male exsolvuntur Od. XVII. 577. 347: αἰδοῦς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεκρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι; cf. Od. XVII. 470. Sed vel manibus suis vitam sustentare honestius est, quam mendicam incertis cedibus vagari Od. XVIII. 363. Attamen, quam egegriam, quam honestam, quam fere divinam sortem αἰδοὶ nacti sunt! Profecto si nihil aliud carminibus Homericis in animos insinuetur, nisi poëtas fere pares esse regibus, hoc ipsum per se eorum lectionem omni aetati maxime commendaret. Hi enim principes sunt eorum, qui, honesto δημονοργῶν nomine ornati, muneris aut officii macula aspersi nulla sunt, sed, ubique terrarum acceptissimi, eadem illa aetate dignitate fruuntur, qua apud nos artifices. Cf. Od. XVII. 383 Eumaeus: τίς γὰρ — καλεῖ — ἄλλον, ἢ μάντιν, ἢ ληΐρα κακῶν, ἢ τέκτονα δορυῶν, ἢ καὶ θέσπιν αἰοῖδον, ὃ κεν τέρπησιν αἰείδων; Od. XIX. 135. Poëtae enim ad adipiscendam laudem et gloriam quoniam maxime adjuvant, tam egregio deorum dono affecti esse videbantur, ut, ne rerum humanarum aequitas turbaretur, nonnumquam majore aliquo infortunio premerentur Od. VIII. 63.

Sed non possidere solum optabile est, sed et conservare possessionem integramque posteris tradere, nec non gloriam, quae est omnium exoptatissima fortuna, famamque sui et memoriam quammaxime diuturnam facere. Id autem fieri non poterat, nisi et adesset progenies, et, qui essent geniti, patris virtutes atque bona hereditate acciperent. Od. VII. 148 Ulixes hospitibus: τοῖσιν θεοὶ ὄλβια δοῖεν ζώμεναι καὶ παισὶν ἐπιτρέψαιεν ἕκαστος κημαῖ ἐνὶ μεγάροισι, γέρας τ', ὃ τι δῆμος ἔδωκεν. Quam ob rem ut tristissimum moribundis esse videbatur, sua bona alienis relinquere sic injuriarum ultorem non relinquere, quum non bona solum

amicitiasque, sed mala etiam odiaque heredes acciperent, ne quid suo eventu careret: post mortem enim nemini satisfactum est.

Quorum denique bona omnia intra orium mortemque continebantur, siquidem in percipiendis voluptatibus summum bonum ponebant, eos vitam maximi aestimavisse, mortem perhorruisse consentaneum est. Od. XI. 488 Achilles Ulixi: *μη δὴ μοι θανάτῳγε παράυδα*: — *βουλοίμην ἢ ἐπάρουρος ἔων θηενέμεν ἄλλω, ἀνδρὶ παρ' ἀλλήρω, ὃ μὴ βίος πολὺς εἴη, ἢ πᾶσιν νεκρέσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν*; cf. Od. XII. 341. Quare quaecunque vel longinquius cum vita cohaerent, laeta sunt omnia, — ingrata, terribilia, foeda, quae admonent mortis Od. XI. 93: *οἰκία σμερδαλία, τάτε στυγέουσι θεοὶ περ*. II. XX. 64. Od. XII. 341. XIV. 156. Quare morte praematura deorum inimici nonnunquam poenae loco afficiuntur II. V. 407. VI. 130, et de morte voluntaria cogitare infelicissimi erat Od. X. 490. 498. Et hi quidem animi sensus secundum naturam sunt; sed in eo cernitur humanitas moribus culta, quod non per se vitam aestimant, sed eam, quae ipsis quidem honesta esse videatur, et quod mortem honestam turpi vitae utique praeferunt. Nec servae in Ulixis domo mera morte afficiuntur, sed poenae acerbitas in eo est, quod inhoneste necantur. Quare ita tantum quam longissimam vitam optabant illo tempore, ut omnibus rebus, quas magni facerent, usi, quieta senectute postremo conficerentur Od. XI. 136. XIII. 59. Emori nondum adulta aetate ac potissimum nondum adepta gloria, qua optime parentum vel educatorum compensari labores arbitrabantur, vel fame, vel casu inhoneste alio, valde luctuosum erat. II. XXI. 279 Agamemno: *νῦν — με λευγαλέω θανάτῳ ἐμαρτο ἀλῶναι, ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ, ὡς παῖδα σφορβόν, ὃν ἕα τ' ἔθανλος ἀποέρση χειμῶνι περῶντα* II. XVII. 301: *οὐδὲ τοκεῦσιν θρόετρα φίλοις ἀπέδωκεν Hippothous*.

### C. XXII.

Recte igitur describere hominum Homericorum vitam et mores si contigerit, in eo potissimum versantur, quod ab animo corpus non est segregatum, sed ut in natura ipsa utrumque fere simul est atque una, quoniam ejus vires quaedam, quae rerum mutationes efficiunt, similes animi humani esse videntur, sic in illis nunquam secernitur. Hinc primum fieri non potuit, quin animi immortalitas tolleretur. Quum enim corpus suis oculis interire viderent, certe non eam retinere speciem, quae est viventibus hominibus, nec animo receptaculum suum assignare poterant. Sine eo autem quodam permansurum esse quidquam, non crediderunt. At tamen talem animi naturam cognoverant, ut post discessum prorsus esse interitum persuaderi non possent. Itaque immortalitatem inter interitumque ambigui, eam post mortem conditionem hominibus futuram esse opinati sunt, quae, inter utrumque illud media, nec vita nec interitus vere nominari posset Od. XI. 207. 393 *νεκρῶν ἀμενηγὰ κάρηνα*. Od. X. 521 et *νεκροὶ ἀρραδέες, βροτῶν εἶδωλα καμόντων*. Atqui ne hanc quidem conditionem aliter nacturos esse mortuos, ac si humato corpore vel ejus reliquiis novum corpus quasi condendi materies esset, quae si casu aliquo amissa erat, nec humi recepta, tristissima interitus fortuna visa est grassari II. XXIII. 71. Od. XI. 52. 476. Tali deinde quodam immortalitatis jure, quod

